

MARCUS · CRAHAN ·
LA ILLAH IL'ALLAH
NON SOLUM NOBIS


pag: 54.
Cannella
Ceilonica

JO. SIG. ELSHOLTII

DESTILLATORIA CURIOSA,

ſive

Ratio ducendi liquores

coloratos per alembicum, hactenus ſi non ignota, certe minus obſervata atque cognita.

Accedunt

UTIS UDENII

&

GUERNERI ROLFINCII

NON-ENTIA CHYMICA.



BEROLINI,
Typis RUNGIANIS,
Impenſis RUPERTI VOLCHERI.
A. clↄ Iↄc LXXIV.



IMPERIALI
PER GERMANIAM
SOCIETATI,
NATURÆ-CURIOSORUM
DICTÆ,
Felicitatem perpetuam!

NOBIL. ATQUE EXPERIENTISSIMI
DOMINI,

IMpreſſa jam
erant prima aliquot præ-
ſentis Opuſculi folia,
cum *literæ invitatoriæ*
ab Excell. Propræſide
Dn. D. *Henrico Volgna-*

 dio

dio Vratislaviæ d. XIV.
labentis Martii perſcri-
ptæ, & Inclytæ Acade-
miæ veſtræ ſigillo muni-
tæ, mihi redderentur. In
illis autem cum me talia
non cogitantem, immo
nec opinantem quidem
Socium tamen & *Colle-*
gam veſtrum, addita et-
iam ſolenni Initiationi
formula, à vobis renun-
ciari perſpicerem: oppor-
tune in mentem venit
haut poſſe ſpontaneæ iſ-
benevolentiæ veſtræ
quan-

quam ter quaterq́ue exo-
culor, promtius à me
gratitudinis argumentũ
rependi, ac consecrando
vobis DESTILLATORIAM
hanc, SOCIETATI vestræ
iamdum *cognominem*. Ea
vero si qua parte [quod
non diffiteor] inculta ad-
huc videbitur, vestrum e-
rit, ipsam porro excolere:
si imperfecta, perficere:
si brevicula, augere. Ni-
hil etenim unquam &
cæptum simul, & perfe-
ctum fuisse, nostis.

Abſit autem, ut per
oblatum iſtud ſpecimen
terminũ hic officiis meis
ſtatuam: quin potius, ſi
quid *Obſervationum*
non popularium aut tri-
tarum in ſcriniis meis la-
latere comperero, proli-
xa mente impoſterum
me communicaturum
polliceor. Juvare enim
ſtudia eorum, qui non
tam lucri turpis, quam
boni publici cauſſa labo-
res ſuſcipiunt, par eſſe ar-
bitramur. Bene agite, &

ex

ex præcepto L. Ann. Senecæ, *virtuti gloriæq́; inserviendo, invidos torquete.* Scribb. Berolini, d. XXIV. Martii A. Æ. C. *cIↄ Iↄc LXXIV.*

ILLUSTR. V. SOCIETATI

fide omni addictissimus.

Jo. Sig. Elsholz.

LUdit in arcanis Divina Potentia rebus,
Natura in rebus ludit & ipsa suis.
Aspice plantarum varios; florumque colores:
Naturæ lusûs mille videbis ibi.
Quam miris Natura modis se prodat in Igne,
Edocet Artifices Sacra Chymia suos.
Hæc quia nunc iterùm scripto Mysteria pandis
Collega, Ingenio nec minus Arte potens:
Inter Naturæ Mystas, Medicosque celebres
Te referet meritô posthuma Fama tuo.

Domino Collegæ & Compatri Suo honoratissimo de Honoris & Famæ augmento ita gratulabatur

Martinus VVeisius, D. Sereniss
Elect. Brand. Consiliarius & Archiatrorum Senior.

Joh

JOH. SIGISM. ELSHOLTIO
'H. ET MED. D. CANONICO
MAGDEBURGENSI, MEDICO
ELECTORALI

ADMODUM REVER. NOBIL. CLARISS.

Cum de liquoribus colore præditis suo
eliciendis, & evehendis scriberet.

ECce, coloratos dum pandis, Amice, liquores,
Quos agitans ignis tollit in alta calor:
Tu decus hoc, laudesq; tuas depingis in illis:
Ingenium felix mira reperta probant.
Flamma ciet, tollitque: tuæ vis ignea mentis
Talis, ea vectus non nisi summa petis.
Atque tuæ laudes superant vel mille colores:
Non arcus cœli pulchrior axe nitet.
Vibratum lumen color est, tenuissima res est,
Divina est, nobis non capienda satis.
Ingenium par est ELSHOLTI *nobile, par est*
Quod scribit nobis, quodque colorat opus.

L. M. Q. Hamb.
F.

Mich. Kirstenius Silesius.

INDEX

INDEX CAPITUM.

Cap. I. Scribendi occaſio.
II. De Colore, variiſque colorum emerſionibus.
III. De varia deſtillandi ratione, & ſpeciatim de tinctura Simplicium per alembicum ducenda.
IV. Experimenta in Metallis atque Mineralibus.
V. Experimenta in Animalibus.
VI. Experimenta in Vegetabilibus, apparentia.
VII. De Veronica.
VIII. De Chamæmelo.
IX. De Ligno nephritico.
X. De Fæcibus vini, Chærophyllo, atque Petroſelino.

Cap.


Cap. XI. De Iride ſylveſtri, & Curcuma.
XII. De Rore ſolis.
XIII. De Pimpinella cærulea.
XIV. De Cinamomo.
XV. De Coraliis.
XVI. Concluſio, Obſervationes continens de Effervesſcentia atque incaleſcentia, de Attenuatione & coagulatione, de Sanguine, ejusque Sero.

Hip-

Hippocrates lib. I. De diæta,
ſub init.

ΜΕμφθῆναι μὲν ὐδενὶ αὐτῶν ἄξι
ἐϛιν, εἰ μὴ ἐδυνήθησαν ἐξει
ρεῖν· ἐπαινέσαι δὲ μᾶλλον πά
τας, ὅτι ἀλλ' ἐπεχειρεῖσαι
ζητῆσαι.

REprehendere quidem nemine
illorum decet, ſi invenire no
potuerunt: ſed potius lauda
di omnes, quod quædam i
veſtigare conati ſunt.



Elsholtij Destillatoria Curiosa.



Jo. Sig. Elsholtii)estillatoria Curiosa.

Cap. I. *Scribendi occasio.*

IN ſena jamdum volumina Anglorum Transactiones, ut vocantur Philoſophicæ excreverunt: quintum vero Tomum compleviſſe Gal-)rum Diaria, itidem conſtat: in edendo :nique quarto ſuo nunc occupatur Cu-)ſa Germanorum Academia. Tan- ubique ſtudio hodie laboratur, tan-que inter ſeſe æmulatione florentiſſi-æ Nationes certant, ut de Natura

 devi-

devicta triumphum ſingulæ brevi ſpera
re videantur. Nobile profecto exerci
tium, & cujusmodi priora ſecula vix no
verunt: ad quod ſi major Regum, Princ
pumque munificentia acceſſerit, nullu
reſtat dubium fore, ut in rem publica
inde maxima tandem redundent com
moda.

Occupantur autem ſinguli circa In
venta Nova atque Obſervationes in M
theſi, in Scientia Naturali, in Anatom
in Chirurgia, in Medicina univerſa: iter
que in libris Politicis, Hiſtoricis atque
liis nuper editis, cum epicriſi recenſe
dis. Miſcentur itidem nonnunqua
quæ ad Artem Chymicam ſpeciatim p
tinent: ea tamen ſi ad cætera confe
pauciora ſunt: etiamſi uberiorem in
meſſem, quam ex aliis aliquot Scienti
ſperare certo liceat.

Hac ipſa de cauſſa, evolventi m
Scripta illa, in mentem venit, non abs
fore, ſi admonitione quadam publica
CADEMICI iſti præcellentiſſimi exci
tentur, quo impoſterum plus operæ
imp

npendant Arti, in cujus profundo puteo
gregia latet Arcanorum copia.
Eo igitur fine Libellum hunc con-
ripſimus, imponendo ipſi nomen DE-
TILLATORIÆ CURIOSÆ. Curioſæ, in-
nam: neque enim talis eſt, quæ aut in-
entibus à nobis extolli encomiis, aut
olliceri de ſe maximas ipſa utilitates poſ-
. Id illi præmium ſufficiet, ſi inge-
is ſublimibus, & in Arte exercitatis Vi-
calcar ſubdiderit, uti per experimen-
ſimilia non minus ipſi porro inveni-
it, quam Inventa absque invidia vul-
nt.

Cap II. *De Colore, variisq; Colorum emerſionibus.*

NAturam *Coloris* exacte docere, tam eſt arduum, quam explicare obſcuram rationem *Lucis*, per ſe clariſſi-
e. Recte Jul. C. Scaliger *Exerc. 325.*
. 1. Sunt, ait, coloris cauſſæ atque eſ-
ntiæ, tam controverſæ atque obſcuræ
ellectui, quam ſunt ipſi viſui manifeſti.

 Ariſto-

Ariſtoteles *lib. de Senſ. & ſenſil. cap.3.* de-
finiebat Colorem, quod ſit perſpicui ter-
minati extremitas. Magis dilucida eſ
deſcriptio aliorum, quod ſit Qualitas cor-
poris colorati. Item, quod ſit Lux mod
ficata. Chymicorum nonnulli Colorer
omnem ſuo principio Sulphuris, Mercu
rio alii tribuunt: qua de re quid ſentien
dum, legi imprimis meretur Dan. Ser
nertus *lib. de Conſenſ. cap. XI.* Egregia quo
que circa argumentum hoc habent V
dus Antonius Scarmilionius Fulginas,
Robertus Boylæus *libb. de Colorib.* ex pa
te etiam Petrus Maria Capenarius *lib.*
Atramentis, Joan. Chriſtoph. Kolhanſiu
Tractat. Optico, atque alii. Eæ vero lit
cum ad propoſitum proprie noſtru
haut ſpectent, relictis illis notabimus p
tius Colorum differentias: nec eas ipſ
tamen omnes, cum plusculæ ſint, & jar
dum inter alios a Scaligero *Exercit. 32*
ſect. 6. atque ſeqq. ſubtiliter ſatis explic
tæ: verum iſtas unice nunc, quæ bre
ore via ad ſcopum deducere præfixu
nos poterunt, proſequemur.

C

Colores itaque pro materia ſubjecta ſpeſcimus in *reales* ſive veros, atque in *parentes* ſive emphaticos. Horum ſpemen præbet Iris, Prisma vitreum, rubeɔ vini in mappa. Illos iterum dividimus *penetrantes*, quales Auro obryzo, Ceræɪe ſigillatoriæ: & in *ſuperficiales*, cujusodi oſtentant Mala extra rubentia, inɪs albida.

Cæterum Colores in abſtracto conlerati, ſunt vel *primitivi* ſive *ſimplices*, mirum albus, flavus, viridis, cœruleus, ber, niger. In abſtracto, inquam, ſive ɪatenus ipſi in certas tribuendi claſſes nt: alias enim viridis potius videtur eſſe ɔmpoſitus ex flavo & cœruleo, ſive mi-ɪralia ſpectes ſive vegetabilia. Ita Auɔigmentum, ſi Indico atramento, quod *digo* vocant Officinæ: aut Gummi Peɪvianum cementato Cobalto ſive Bergau: aut Ultramarinum Croco commieas, virorem inde prodire videbis. Vel nt *compoſiti* ex ſimplicibus miſti: vel *dempoſiti*, qui iterum ex compoſitis infiɪta varietate, quemadmodum in Picto-

rum musæis conspicere licet, nascuntu
Quod si vero Chymicorum Laboratori
adeas, illa longe ab hac diversam suppe
ditant rationem, qua colores immutar
& elegantissimo spectaculo variari ade
possint, ut additis addendis novi subit
resultent, emergantque.

1. Ita *Spiritus terebinthinæ*, etsi per
limpidus, si super Saccharum Saturni it
dem ex se candidissimum funditur, dig
riturque, reddit brevi temporis spati
Tincturam intense rubram.

2. Idem *Spiritus terebinthinæ*, si aqu
commiscetur fortiter agitando, lactesci
quamvis illa lactescentia non sit constan
sed ascendente in superficiem oleoso h
spiritu imminuatur, aut plane iterum ev
nescat. Simile quid contingit, si Oleu
olivarum cum lixivio sarmentorum co
fundis.

3. *Oleum anisi* stillatitium, quod ab f
gido aëre coire solet, si chartæ albæ f
lio inungatur, stillando desuper guttas
lei aliquot vitrioli, celeriter rubescit.
lei autem, inquam: haut Spiritus.

4. S

4. *Syrupo violarum* per ſe obſcure pur-
ureo, vividus emergit rubor, ſi ipſi Spi-
tum vitrioli guttatim commiſceas: id
uod Officinis hodie notum eſt omni-
us. Quod ſi Oleum tartari ſuperad-
as, viridis emergit color: periturus ite-
um, ſi denuo Spiritum vitrioli adjeceris.

5. *Syrupo florum pæoniæ* ſi Salem vitri-
li miſcueris, nigreſcunt omnia. Idem e-
enit Syrupo florum Tunicæ, ſi inter de-
oquendum ferrea agitatur ſpatula.

6. *Tincturam Corallorum* cum aceto de-
tillato paratam Tincturæ florum bellidis
ermiſce, & reſultabit liquor obſcure cæ-
uleſcens.

7. Eandem *Bellidis*, vel etiam *Roſarum*
incturam, ſi in exigua quantitate *Sali vo-*
itili Sylviano aut ſimilibus urinoſis Spiri-
ibus miſcueris, color obſcure quaſi cæru-
eus emerget Quod ſi paullo plus inſtil-
es, oritur rubor obſcurus; neque ad clari-
atem rubor iſte perduci poteſt, etiamſi
lurimum addideris. Sequitur igitur,
piritus acidos tingere rubicunde cum
laritate, urinoſos cum obſcuritate.

8. Solutio *plumbi* cum aceto destill-
to facta, tanquam aqua communis pellu-
cida apparet: huic si Oleum tartari aqu-
instar limpidum adjicias, mixtura stati-
lacti similis albescit.

9. Si *Antimonium* cum Nitro calc-
natum Aquæ fontanæ incoquitur, col-
tura videtur limpida & fere inodora: qu-
tamen acido quovis perfusa, colorem i-
lico croceum cum pessimo fœtore ac-
quirit,

10. Aqua communis, *Mercurii subl-
mati* infusione imbuta, ab *Oleo tartari* in-
stillato statim flavedine tingetur. Soluti-
stanni calcinati, *Sali tartari* deliquat-
commissa, cærulea evadit. Thomas Wi-
lis *l. de Ferment. cap. XI.*

11. *Argentum vivum* & *Sal armoni-
cus* simul trita, & in matracio calore aren-
sublimata, in pulverem album facessun-
Hic deliquio solutus aquam limpidam
fontanæ æmulam exhibet, quæ tamen a-
ri aut cupro illita argentea apparet, & va-
sis æneis leviter affricta, eadem velut per-
fecte *deargentata* reddit: quamvis hæ

po

ɔtius ſit quædam incruſtationis ſpecies.

12. *Deauratorius* vero *pulvis* hoc pacto
ɔnficitur. In Aurum aqua regia diſſolu-
ım linteamenta attrita ſubtiliſſima in-
ngito, eaque in crucibulum conjecta i-
ıe circulari eminus poſito ſenſim in pul-
ſculum redigito: ſub finem vero ignis
ılorem, propius admovendo augeto, &
ndem, ſi placet, pulverem exemptum à
rdibus affuſa aqua mundato. Is erit
lendoris exors, & colore violaceus: at
argento ipſum affricaveris, reſultabit
ıri nitor genuinus, qui politura poſt-
ıodum magis adhuc ſplendeſcet.

13. *Lignum acanthinum* è Braſilia pe-
tum aquæ communi infuſum, tincturam
rate rubicundam vino rubello ſimilem
eponit. Huic ſi parum *aceti* deſtillati in-
ındas, liquor vini albi inſtar limpidus
ɔparet: guttæ quædam *Olei tartari*, co-
ɔrem valde purpureum reducunt. De-
ı ſi *ſpiritus vitrioli* infundatur, vini in-
ar Hiſpanici pallide flaveſcet: ſi *Plum-
i ſalem* deliquio ſolutum adjicias, mixtu-
ı illico lacteſcet. Thomas Willis *l. de Fer-*

mentat. cap. XI. hoc experimentum pro
poſuit, cujus membra ſingula, præte
quartum, examen ſuſtinuere: nobis enin
ab addito Vitrioli Spiritu haut pallida fla
vedo, verum obſcura quædam cærule
ſcentia emerſit.

14. *Vitrioli* ſolutionem ad manus ha
beas, & ſeorſim quoque Gallarum infu
ſum. Utrumque ſi confuderis, atramen
tum confeſtim ſcriptorium reſultat. Su
peradde *Spiritum vitrioli*, & clareſcet ni
gredo. Porro *Oleum tartari* adjice, atq; in
terveniente quadam efferveſcentia, ſpa
diceus ſive brunnus emerget color: quen
ipſum admiſtus denuo *Vitrioli ſpiritus* ab
olebit, omnia ſerenando. Hunc auten
circulum toties iterare poteris, alterna
tim Oleum tartari, atque Spiritum vitriol
infundendo, quoties laticem hunc red
dere brunnum, aut clarum placuerit.

15. Metamorphoſis itidem pulcerri
ma eſt, quam Exc. Dominus Jo. Dan
Major, Cimbricæ Academiæ Profeſſo
celeberrimus, & Amicus noſter omni a
more *major*, *lib. de Chirurg. infuſor. Dub*

IX. pro

r. propoſuit in hunc ſenſum. Aquam
ipphirinam, ope ſpiritus ſalis armoniaci
n æneа pelvi factam, vitro infundito be-
e transparenti: poſtea *Clyſſum Antimo-
ii* communem addito, & mixtura actu-
um evadet limpida. Quod ſi porro *Ole-
m tartari* ſuperaddis, priſtina redibit cæ-
uleſcentia.

16. Accipe Solutionis *oculorum cancri*
um aceto deſtillato confectæ unciam u-
iam: inſtilla *Spiritus armoniaci* ſalſi gut-
as CXX. & conſpicies materiam lacte-
cere, pulvere albo fundum petente. Hu-
c liquori ſi per vices *Tincturæ lapidis
Hæmatitæ* Joa. Polemanni guttas toti-
lem affundis, intercedente ebullitio-
ne pulvis in fundo hærens denuo ſol-
itur, atque totum in liquorem ſumme
ubicundum, transparentem, & grato ſa-
ino ſapore præditum faceſſit.

17. Emergit etiam novus color *varia-
o lumine*. Ita obſervavimus, quod flores
Convolvuli cœrulei hederaceo anguloſo
olio, quem aſureum Lobelius nuncupat,
le die quidem eleganter cœrulei, noctu
vero

vero ad candelam violacei penitus appa-
reant. Ligneæ tabulæ, atque id genus u-
tensilia, si à pictoribus Cæruleo factitio
illinuntur, suum interdiu ostentant colo-
rem: de nocte viridescunt.

18. Capito *Olei tartari* partes duas
Lactis vaccini unicam: mista ea adhibito
arenæ calore rubescunt, supernatante ca-
seosa lactis portione addensata. Hanc si
filtro separes, rubeus liquor magis fie
pellucidus. Analogia hujus experimen-
ti ductus cogitavi, ut hoc obiter adjiciam
Num *chylus albicans* in corpore humano
quotidie sanguini rubenti confusus, simi-
li quadam ratione forte etiam rubescat
Quamvis enim vulgo haut perperam sta-
tuatur, motu saguinis circulari hunc ru-
borem appellenti subinde chylo induci
motus tamen solus ad colorem immutan-
dum vix sufficere videtur, nisi in ipso san-
guine simul lateret salinum principium
quod Tincturam hanc tot annos in seni-
um usque continuatam, adjuvante cor-
dis, vasorumque calore perficeret.

Hæc & similia *phænomena*, eorumque
caussa

uſſæ commode demonſtrari forte poſ-
nt per particulas minimas ipſorum li-
iorum. Acies aliquot mille militibus in-
ructa, ad nutum Imperatoris dilatatur
que contrahitur, immo ab hoſte turba-
, in ordinem denuo redigitur. Pari
iodo à particulis liquorum dilatatis ori-
ır perſpicuitas & albedo: à contractis
ɔſcuritas & nigredo. Denique prout di-
tatio & contractio major aut minor eſt,
nergunt colores intermedii, flavus, ru-
er, viridis, cœruleus. Optici num ratio-
em magis exquiſitam reddere valeant,
ſi viderint.

Cap. III. *De varia deſtillandi ratione, & ſpeciatim de tinctura Simplicium per alembicum ducenda.*

DEſtillandi varia ratio dependet partim à varietate *Furnorum*, quorum alii ſunt aſcenſorii, alii deſcenſorii: quid dicam de probatoriis, cementa-
toriis

toriis, reverberatoriis, aut ventoſis. Pa
tim à *Vaſorum* differentiis, cujusmodi ſun
Veſica, Cucurbita, Retorta, Phiala, Alem
bicus, Receptaculum, & id genus alia
quorum omnium apparatum non minu
Laboratoria dicta nobis exhibent, quan
literis etiam atque iconibus conſigna
runt Andr. Libavius, Joa. Rhenanus, cæ
terique de grege hoc Artifices.

Datur autem alia etiam deſtillanc
ratio, habito non ad Furnos aut Vaſa re
ſpectu: verum ad *materiam* durante ope
re *transeuntem*. Dum enim ignis in ma
teriam deſtillationi ſubjectam operatur
aſcendunt *Vapores*, qui denuo collecti, re
labuntur in Receptaculum ſub forma *Li*
quoris.

Primo itaque ad Vapores ſeu Fumo
quod attinet, variant ipſi quoque in colo
re. *Nitrum* ſane, etiamſi corpus albun
eſt, in deſtillatione tamen (certo ope
rationis tempore) largitur fumos admo
dum rubros. *Vitriolum* per ſe viride au
cæruleum, præbet fumos albicantes. *Fu*
ligo utcunque nigra, fumis tamen adec
albi

bis replet excipula, ut lacte intus loca
ideantur.
Secundo vero Liquores in receptacu-
ım traducti, licet non ſint unius colo-
s promiſcue: certum tamen eſt, ſi infi-
itam pene Simplicium copiam conſide-
:s, exiguam admodum eſſe varietatem
ı ipſis. Qui ex aromatibus *Olea* prolici-
nt, nullo obſervant negotio, illa haut al-
a, ſed colorata transcendere: Oleum
uta cinnamomi flavet, Oleum macis ex
avo albet, Oleum caryophyllorum ex
avo nigricat, Oleum ligni rhodii ex fla-
ɔ rubet. Atqui circa *Aquarum* deſtil-
tionem id notatu digniſſimum arbitror,
uotquot ipſarum (non excluſis omni-
ıodo Spiritibus) in Pharmacopoliis com-
ıuniter inveniuntur, cunctas eſſe limpi-
ás & excolores: non obſtante tam infi-
ni colorum varietate in herbarum, ex
uibus ſtillantur, radicibus foliis atq; flo-
bus. Omnis illa nigredo, viriditas, ru-
or, flaveſcentia, cærulitas in fundo Cu-
ırbitæ ac Veſicæ relinquitur, aut perit
otius: tranſcendentibus, quod obſerva-
tu

tu dignum,non nisi limpidis atque exc loribus prorsus liquoribus.

Animum profecto nostrum olim f tigabat argumentum illud, multotiesq mecum perpendebam hoc Problem Num in tanta simplicium varietate, no nullæ saltem dentur species, quæ nativ secum colores *per alembicum* veheren Alembicum autem nomino, tanquam i strumentum præcipuum, haut excluder do Retortam, aut si quæ sunt alia orga traductoria. Dari autem tales in reru natura species, labor me docuit, nec p gebit,quas partim ipsemet observavi, pa tim ab aliis observatas collegi, seque tibus complecti capitibus. Adjiciat pl res aliorum industria.

Cap. IV. *Experimenta i Metallis, atq; Mineralibus.*

A *Metallis* autem ut rem ordiamu illa quanquam sibi relicta, nativ colores præ Vegetabilibus co stantissime servant ob soliditatem: me

stru

uis tamen tentata multum variant,
ultoque major adhuc in deſtillandis i-
is oritur difficultas. Par propemodum
tio *Mineralium*, quamvis difficultas
ſtillandi in ipſis minor. Quicquid ſit,
utrisque facta ſpecimina quædam hic
oferemus: quæ ipſa equidem, ſi non in
iverſum omnia, maximam certe par-
n Alembico debentur.

Experim. 1. Circa aurum. Accipe
lcem auri per aquam regiam paratam,
reverberando in ſummam rubedinem
que tenuitatem redactam. Affunde
enſtruum ex Spiritus vini optimi & ex
lis urinæ volatilis partibus æqualibus, in
ſe hermetice clauſo per quindecim di-
calore Balnei leniſſimo fotum: idque
oties opus eſt, reitera. Poſtea Solutio-
s ſanguinis inſtar rubentes in univer-
n conjunge, & per ſeptimanam unam
t alteram digere. Hunc liquorem ſi
rro in arena per Cucurbitam humilem
l per Retortam deſtilles, Auri tandem
nctura ſimul per alembicum tranſit,
xime intenſo rubore, relicta in fundo

terra acida, nigra, ſpongioſa. Robert
Boyle *Hiſtor. Fluid. & Firmit. Sect.*
Menſtruum paramus, ait, cujus benefic
haut difficulter prima ſecundave deſt
latione tantum auri traducere per alen
bicum poſſumus, quantum ad deſtillatu
liquorem duraturo colore aureo tinge
dum ſuffecerit. Memoratu dignum qu
que eſt artificium, quod Præcell. D
Joel Langelottus *Epiſt. de Prætermi*
pag. 18. refert his verbis: Pulvis auri m
la philoſophica triti Retortulæ non n
mis profundæ ſed planæ, quales Ang
canæ ſolent eſſe, immiſſus igne aren
per gradus eoque tandem fortiſſimo p
litur, & ſic ſtillabit paucas quidem ſ
rubicundiſſimas guttas, quæ vel per
vel cum Spiritu vini tartariſato digeſt
verum exhibent *Aurum potabile* non f
catum, vel ulla alia peregrina qualita
infectum.

Experim. 2. Circa argentum.
cum Mercurio ſublimato calcina,
poſtmodum ipſi idem menſtruum, cuj
in Experim. priore facta eſt mentio, a
fund

de: ita apparebit Tinctura eleganter
ulea. Quod si Salis spiritum affude-
viridis evadet.

Experim. 3. Circa ferrum. Hujus
ctura rubet, & conficitur accipiendo
aturæ Chalybis copiam sufficientem:
affunde Acetum destillatum, rube-
emque extrahe. Postea aliud acetum
nde, idque per mensem aut ulterius
a, donec nihil amplius extrahi vi-
is. Porro Acetum omne tinctum
junge, in Balneo destillando, & re-
o vini spiritum affunde, digereque
o, ut is tincturam extrahat. Hinc
tum vini destillando abstrahe, ite-
que affunde, & postquam sexies
l repetiveris, *Tinctura Martis* con-
a est. Confecta est sane, sed rem
tum promovente Sale aceti à Spiri-
vini phlegmate extracto: ita tamen,
ortiunculam Ferri inesse simul etiam,
ino sit probabile.

Experim. 4. Circa Cuprum. De hoc
. Vir Robertus Boyle *lib. de Colori-*
pag. 305. observavit, esse metallum,

 in quod

in quod tam facile agunt diverſoru
generum liquores, ut vix ullum ſit M
nerale, quod ad tam variorum coloru
productionem concurrat, ac Cuprum
compluribus menſtruis diſſolutum: Sp
ritu ſcilicet aceti, Aqua forti, Aqua r
gis, Spiritu nitri, urinæ, fuliginis, Ol
diverſorum generum, & in plurimis al
liquoribus, ni colorum nonnihil diff
rentium varietas intra limites ex vir
cærulei, vel ex cæruleo viridis compr
henderetur. At vero id laudato ja
Dn. Boylæo nondum animadverſum f
iſſe videtur, quod ſi Cupro ſuperfundit
Joa. Polemanni *Spiritus duplicatus* ex L
pide ſcilicet hæmatite & Sale armon
co paratus, liquor tranſit viridiſſimus,
Cryſtalli prorſus virides etiam adhære
Experim. 5. Circa reliqua metal
Stannum, Plumbum & Hydrargyros
aquis corroſivis ſoluta, non admodu
tingunt ſua illa menſtrua: veluti Auru
Argentum, Cuprum atque ferrum fac
re ſupra retulimus. Sunt enim meta
hæc tum viliora, tum albicantia: un
Sol

lutiones illorum etiam albicant; nec
o facile colore alembicum transcen-
re posse, verosimile est.

Experim. 6. Dum *Spiritum vitrioli*
:amus, si aliquid aceti addas, transit
iritus viridi colore alembicum. Phleg-
, itidem Spiritus Veneris subvirescit.

Experim. 7. Sulphur, Sal armonia-
s, & Calx viva, si invicem permiscen-
, & per Retortam pelluntur, licet ex
int corpora non rubra, rubrum tamen
tillando liquorem præbent: qui ipse
icundus liquor contrectatus, digitos
ro colore inficit. Robertus Boyle *l.*
Colorib. experim. 34.

Experim. 8. Spiritum *calcis vivæ* eo
do, quem Basilius Valentinus *Testa-*
nt. part. V. præscripsit, & ex ipso Tho-
s Keslerus *Process. Chymic. num.* 287.
etiit, parato. Is prius, quam rectifica-
fuerit, eleganti cærulescentia oculis
landietur.

Experim. 9. Acipe Vitrioli ad flave-
em calcinati partem unam, Silicum
sse contusorum partes binas, atque

Spiritus vini quantum ſufficit, ut in pu
tem omnia redigantur. Poſtea ſi per R
tortam pellis, Oleum prodibit rul
cundum. Conferatur Chriſtoph. Glu
rad in not. ad Tyrocin. Joa. Beg
ni *l. II. c. 6.* itemque Andreas Tenze
us in Exegeſi Chymiatrica, & Je
Schrœderus *l. III. Pharmacop. c. 26.* u
plura Olea vitrioli explicantur, quæ r
bra Retortam tranſeunt.

Experim. 10. De Cinaberi tam na
va, quam factitia hoc obſervatum, ſi i
Spiritum terebinthinum ſuperfuderis,
porro per Cucurbitam vitream ex a
na ſtillaveris, liquor prodiens elegan
rubebit.

Cap. V. *Experimenta*
Animalibus.

MIramur in regno animali verſic
lorem Summi Opificis pictura
Elegantiſſime maculati piſ
nonnulli atque conchæ, ex inſectis pa
lionum omne genus, & inter quad
pe

des pardi, lynces, tigrides. Ad volu-
es autem ubi deventum, quotusquis-
ie pavonum psittacorumque pennas
on stupet? Atqui universam hanc vari-
atem ignorat Alembicus, quippe in
iem quicquid illorum transit, quan-
m quidem hactenus scitur, albescit.
xcipiuntur tamen ab hac regula, quæ
er modum spicilegii, ac ne sedes hæc
orsus vacet, subnectemus.

1. Ex Cervi partibus varia & effica-
a parant medicamenta Officinæ. In-
r ipsas eminent Cornua, quorum Spi-
tus per Retortam propulsus, flavo aut
ireo potius micat colore: quamvis O-
o exacte separato ipsum albere, non
egaverim.

2. Inter insecta Apes mel conficiunt,
x quo equidem Aqua in destillatione
b initium profluens albicat: sequens
ero Spiritus citrino primum, sub finem
ureo colore, eoque constanti transit,
ultiplicis in Arte usus.

3. De Culicum aqua cærulea hoc,
uod sequitur Experimentum affert A-

damus Lonicerus *Herbar. German. par. ult. pag. 349.* Wasser von gemeinen Mücken gebrannt/wird blaufarb. Dasselbe bereite also. Spreite ein Tuch über eine Kachel/ lege die Mücken in ein Säcklein / so läuft das Wasser durch das Säcklein oder Tuch in die Kachel. Wo du es aber in einem Helm brennest/so wird der Helm stinkend. Aqua, inquit, de culicibus vulgaribus stillata cæruleſcit. Eam ſic coficito: Extende pannum ſuper cacabum, culices verò inde ſacculo: ita in cacabum aqua per ſaccum aut pannum defluit. Quod ſi verò ipſam per alembicum deſtilles, alembicus fœtorem contrahit. Hactenus ea quidem Lonicerus, etſi hunc Culices deſtillandi modum partim obſcurum, partim mancum eſſe non diffiteor.

Cap. VI. *Experimenta in Vegetabilibus apparentia.*

CIrcumfertur hiſtoria de Magnate curioſo, quod congregatis aliquando apud ſe Alchymiſtis aliquot varia


ria Simplicia propoſuerit, eaque inter
miſta in deſtillatorium ipſis præſenti-
is conjecerit. Accidit autem, ut liquor
ſtillans gratiſſimum *Moſchi* odorem
iraret. Odoris illius rationem cum
r illuſtris ab Artiſtis requireret, ipſi
tem moſchi ne tantillum Simplicibus
mmiſtum vidiſſett: tota die ſeſe ma-
rantes nihil adducere potuerunt, niſi
tute Miſtionis certa proportione fa-
e fragrantiam hanc productam fuiſſe.
andem ſub veſperam moſtravit ille Do-
inus fallaciam, quod nimirum ipſis in-
is roſtro Alembici moſchum indi-
rit.

Quemadmodum igitur *odorem* men-
nur impoſitione Moſchi, Zibethi aut
iam florum odororum in alembicum:
ri modo *colorem* fingere licet, cum a-
a tranſiens tincturam rerum impoſi-
rum ſecum vehat: dummodo in ſpe-
atores incidas, qui mangonium admit-
re non detrectent.

1. Facillimus omnium modus eſt, ſi
roſtrum Alembici flores, v. g. Cyani in-
trudas:

trudas: ſic aqua transcolando cæruleum
adipiſcitur colorem.

2. Quod ſi majori cura rem perage
re viſum eſt, ponas inter Alembici ro
ſtrum atque vas recipiens *Canalem* ſiv



Fiſtulam media part
laxiorem, aut omnin
ampullatam, quæ flore
iſtos contineat. Præ
terea Canalis illius cuſpidem ſupremam
oportet eſſe paullo ampliorem, imam
anguſtiorem: velut in *Icone* appoſit
conſpicitur.

3. Spectaculum vero hoc eſt pro A
gyrtis in foro exhibendum. Si *quatern*
Cucurbitis aqua plenis ſinguli imponan
tur alembici in furno unico ea ratione
ut tectis roſtris alembici duntaxat con
ſpici poſſint: porro ſingulis roſtris di
verſi imponantur flores, v. g. Cyani, Vi
olarum, Calendulæ, Roſæ rubræ, Cro
cus, Santalum. Subdito igne liquores i
vaſa ſuppoſita propulſi diverſos obtine
bunt colores, non ſine adſtantis ſtupor
plebis. Idem fieri poteſt ampullatis il
li

s Fiſtulis interpoſitis, atque contectis.

4. Ad oſtentationem quoque id ſpe- at, ſi recipias *nucem juglandem* excava- im unam, aut plures, & Spiritu radicum *impinellæ ſapphirino* infra cap. XIII. de- ribendo compleas, ceraque leviter ob- ruas. Tunc coram ſpectatoribus nux la repleta in vaſculum vini Spiritu ſe- iplenum projicitur, & impoſito Alem- ico per arenam fit propulſio. A calore terea cera liqueſcit, & effluens mate- a Spiritum limpidum inficit ita, ut cum dmiratione omnium prodeat cæruleus.

Cap. VII. *De Veronica.*

ATqui hæ ſunt fallaciæ, regerat ali- quis: ita ſane ſe res habet. Noſſe tamen ludicra illa decet etiam, ne ecipiaris ipſemet, & fraudes aliorum etegere poſſis. Ariſtotelis pronuncia- um de Viro ſapiente ſic ſonat: *Qui ipſe on mentitur, & alium mentientem facile eprehendit.* Argutias igitur miſſas facia- nus nunc, & ad operationes genuinas, eroq; conſonas properemus. Ve-

Veronicæ plantam Officinæ omne
norunt,& vires ipsius, quibus tum pecto
ri ac lieni, tum ulceribus, vulneribusqu
sanandis confert, ægroti plurimum de
prædicant. An veteribus tam Græcis
quam Latinis scriptoribus cognita fue
rit, incertum: licet Cæsalpinus ad Myo
sotida Dioscoridis *lib. II. c. 214.* alii ali
orsum referendam esse censeant. Spe-
cies communiter octo numerantur al
Herbariis,inter quas usualis est,quæ apuc
Casp. Bauhinum appellatur *Veronica ma*
supina & vulgatissima. Parantur inde Syru-
pus, Conserva, Sal, Vinum atque Aqua
stillatitia: de prioribus nihil, de Vino
vero & Aqua binas accipe observatio-
nes.

Experimentum 1. Recentem Vero-
nicam, dum florere incipit, conscindi-
to, & pauca aqua aspersam in cucurbi-
tam vitream conjicito, ac aptato simili
alembico per maris balneum pellito: sic
Aqua exstillans non erit more cætera-
rum limpida sive albicans, sed viridius-
cula. Ea viriditas quamvis non sit con-
stans,

ans, três tamen menſes minimum du-
bit, & poſtmodum paulatim evaneſce-
: incipiet.

Experim. 2. Quod ſi loco aquæ fon-
næ Vinum affuderis, & pari ratione per
alneum pepuleris, liquor inde prodi-
t itidem viridis, aſt in quo viriditas
nge magis ſatura apparebit: quin et-
m ad annum ipſa, & ulterius futura eſt
ırabilis.

Profecto elegans hæc Tinctura,
ıam ſecum per Alembicum traducit
eronica, videtur eſſe nota ac character
ıgularis efficaciæ, quam ſtirpi illi præ
ille al iis gratioſâ Creatoris manus in-
ılſit.

Abſit autem quisquam hîc cuprum
ccuſet: ſive enim per veſicam *cupream*,
'e per vaſa *vitrea* inſtituatur deſtillatio,
qua ex Veronica æque prodibit viri-
s. Præſtat tamen modus poſterior,
ıippe quo clariſſime evincitur, virorem
ınc non cupro, ſed ſoli ſtirpis *indoli*
ebeeri.

De Aquis vero vegetabilium per
cuprea

cuprea vaſa, ſtanno minus exquiſite ob
ducta ſtillatis, id obſervavimus: ſi ipſæ d
cupro participent, immiſſa gutta una au
altera *Spiritus armoniaci ſalſi* lacteſcun
ſin minus, limpidæ permanent. Quo
ſum ſpectare videtur obſervatio alia O
tonis Tachenii Medici Veneti clariſſ
mi, quam de *Aqua roſarum* per cupre
vaſa ſtillata *cap. XIX. Hippocr. Chymic.* ſe
quentibus verbis proponit. *Abradit e
de cupro quasdam atomos, quæ inviſibilite
Aquæ commiſcentur. Vis videre cuprum
Stilla in ipſam Alcali urinæ guttulas al
quot, & illico tota Aqua virideſcet: qu
niam ſcilicet aciditas Aquæ roſaceæ avid
us arripit leve, ſibiq; magis ſimile Alcal
quam metallum, quod ideo paullatim in v
ridem fundum cadit.*

Hæc ipſa dum commentamur, aſſe
rit nonnemo Deſtillatoriæ Artis hau
imperitus, Aquam tum *Salviæ*, tum *R
risinarini* perinde, ut Veronicæ jam dict
vireſcere, ſi cum dexteritate quadam
moderata celeritate inter deſtillandu
procedatur. Cujus rei veritatem exper
entia determinabit. Ca

Cap. VIII. *De Chamæmelo.*

Stius plantæ ſolent Botanici decem
numerare ſpecies, inter quas tamen e-
minent *Chamæmelum vulgare*, Cham.
ɔbile flore ſimplici, & flore pleno,
ham. inodorum, Cham. fœtidum. No-
s vero de primo illo ſive vulgari, hoc
co præcipue agendum erit.

Proſtat in Tabernis pharmaceuti-
s Aqua ejus ſtillatitia, more reliqua-
m officinalium limpida & excolor:
oſtat itidem *Oleum* per infuſionem ex
ɔribus flaveſcens: at vero ab his peni-
s diverſum eſt, quod per *deſtillationem*
: iisdem floribus conficitur, ſaturo pu-
Sapphiri colore oculis jucunde blan-
ens.

Exptrim. 1. Flores Chamæmeli vul-
.ris recentes aqua ſimplici affatim ir-
ga & conquaſſa. Poſtquam ſteterint a-
quot dies, in veſicam cupream ſtanno
ene obductam conjice, & aptato Ca-
tello exſtilla. Aquæ prolectæ videbis
ole-

oleum, etſi in exigua quantitate, ſupe
natare prorſus cæruleum.

Experim. 2. Cum floribus ſicc
idem tentavimus, pari ſucceſſu: infuſ
tamen per quatuordecim dies, ad pr
curandam majorem extractionem ſt
terat.

Experim. 3. Quod ſi manipulum
num vel alterum Salis communis, a
tantundem Tartari admiſcueris, Ol
um cæruleum in majori copia tranſib

Experim. 4. Subſtituimus etiam fl
res Chamæmeli Romani, ſed oleum a
cepimus flaveſcens, non ſapphirinu
Quid in cæteris Chamæmeli ſpecieb
futurum ſit, nobis nondum eſt explor
tum.

Experim. 5. Cœruleſcentia illa Ch
mæmelo ingenita tanti eſt contagii,
inficere etiam res alias, & ſibi ſimil
reddere valeat. Exempli cauſa, ca
ſummitates tenellas Pini aut Abiet
fruſtulatim ſectas in veſicam conjice, a
dendo bonam florum chamæmelin
rum copiam. Propelle per ſe, & Oleu
tran

ansibit compoſitum, quod nominare
'eum pini cæruleum liceret.

Experim. 6. Pari ratione poteris com-
ɔnere *Oleum juniperi ſapphirinum*, com-
iſcendo baccis Juniperi debitam illo-
m florum portionem: non ſine com-
unicatione virium medicarum, quibus
ias Juniperus pollet.

Experim. 7. Eodem modo ex ſeg-
entis Arboris vitæ, cum floribus Cha-
æmeli remiſtis, conficies Oleum cæru-
ſcens: quod quamvis per ſe bene ſit
loratum, adjecto tamen Oleo ligni
odii adhuc odoratius reddi poteſt.

Experim. 8. Immo ejus indolis vi-
ntur eſſe iſti flores, ut cuicunque pro-
modum *materiæ reſinoſæ* permiſti, O-
um reddant ſapphirinum. Argumen-
m ſpeculatione dignum, an hac me-
odo componi plura Olea contra mor-
s ſpecifica ex Simplicibus reſinoſis iti-
m ſpecificis poſſint.

Experim. 9. Decompoſitum Oleum
t, quod proponit Anſelmus Boëtius
. *II. de gemm. & lapid. cap. 43.* Flori-

 bus,

bus, inquiens, chamæmeli adjungunt i
postores oleum album seu spiritum te
binthinæ ac satis magnam portione
salis armoniaci factitii. Hanc mixt
ram vesicæ æneæ indunt, huicque
quam communem addunt: deinde e
stillant aquam & oleum prorsus vulg
& communi modo. Aqua exstillata o
um in superficie sua sapphiro colore sin
le continet: id oleum terebinthinæ
oleo camomelino junctum, nam her
ipsa aut flores herbæ aliquid olei p
bent: sed color à sale armoniaco est,
ex ære exsugens colorem eum oleo
didit. Ætate, si diu servetur oleum,
lor is perit, ac postea manifeste o
ipsius terebinthinæ deprehenditur. Q
multi hac ratione decipiuntur, & ali
Chymici tam imperiti sunt, ut put
colorem à chamæmelo proficisci : p
cuit hic imposturam & fucum vel er
rem Chymicorum detegere.

Hactenus Boëtius, qui tamen frus
hic fraudem subesse suspicatur: siq
dem, uti supra *Experim. 1. ac 2.* osten
m

is, etiam absque omni Sale, sive com-
ini, sive armoniaco, Oleum cærule-
ns ex floribus Chamæmeli vulgaris e-
ci potest. Porro neque à cupro vesicæ
or is resultabit, cum alias in aliis stir-
us per vesicam stillatis idem fieri o-
teret: id quod tamen à vero quam
xime abest. Manet igitur, in ejusmo-
operationibus cærulescentiam ab ipsis
ibus omnino proficisci. Quæ tamen
cæruleo colore per Salem armonia-
n ex cupro elicito Boëtius affert, non
inficias. est enim artificium vel ton-
ibus hodie notissimum.

Experim. 10. Ad durationem quod
inet, adest nobis Oleum ex floribus
amæmeli absque additione salis aut
tari tertio abhinc anno extractum, cù
color sapphirinus adeò constans appa-
,ut si non perpetuo, plures certe annos
nuc duraturus videatur. Interea non
gaverim, quod de suo Oleo sapphiri
ato Boetius l. c. asserit, colorem cæ-
eum ætate perire, & Olei terebinthi-
additi albescentiam emergere.

Cap. IX. *De Ligno ne phritico.*

AD Fraxini ſpecies illud retulit Ca
Bauhinus in Pinace Botanico,
pellando *Lignum peregrinum ſ.*
Mexicanum, aquam cæruleam redde
Franciſcus Hernandes in Theſauro
rum Medicarum Novæ Hiſpaniæ,qu
poſtmodum Nardus Antonius Reccl
edidit *lib. IV. c. 25.* Coatlis, *inquit,* qu
alii Tlapalezpatl, ſeu Medicinam ſ
guinis coccineam vocant, ſuffrutex
magnus & arboreſcens, ſtipite craſſo
enode, materia pyri, foliis ciceris vel
tæ, flore luteo in ſpicas compoſito.
ptime etiam deſcripſit Nicol. Mona
Hiſtor. Simplic. cap. XXVII. his verbis: *M*
tit Nova Hiſpania ligni quoddam ge
craſſum & enode, materie pyri, cujus u
jam diu receptus fuit in his regionibus,
renum vitia, urinæq́ difficultates & inco
moda. Poſtea experimento comprobat
eſt, ejus aquam in jecoris & lienis obſt
ctionibus utilem eſſe. Illa autem hac ra

paratur. Lignum assulatim & minutim cisum in optima & limpidissima aqua tana maceratur, atque in ea relinqui-, donec Aqua à bibentibus absumpta sit. nidia hora post injectum lignum, Aqua uleum dilutiorem colorem contrahit, i sensim intenditur pro temporis diuturate, tametsi lignum candidum (potirussum) sit: cæruleum ideo dico, quoni- adulteratur alio ligno simili, quod a- um croceo colore inficit, ne quis fallatur.

Illa ἐνχείρησις hodierno tempore est pido vulgaris, & omnino, nisi adeò in- tuisset, pluris æstimaretur. Exemplo *is*, cujus indole cum nihil sit miran- m magis, ipsum tamen tanquam rem viam vilipendimus: quod si ex remo- Indiarum regionibus apportaretur, & pis insciis ex improviso ostentaretur, n cum stupore eum contemplaturi mus, nullus ambigo.

Experim: 1. Investigaturus igitur, an or iste aureo-cæruleus per alembi- n etiam constans migraret, Infusum cum segmentis sive raspatura Ligni

 nephri-

nephritici in Cucurbitam conjeci vit
am,atq; abſtraxi. Aqua exſtillans qua
vis utrumque colorem perdidiſſet,
limpida evaſiſſet: adverti nihilomin
odorem reſinoſum atque gratum ill
ſpirare; multo vero gratior depreh
debatur odor in ipſis ſegmentis, lice
gnum crudum ex ſe pene ἄοσμον ſit.

Experim. 2. Loco aquæ fontanæ S
ritum vini ſubſtituimus,qui ſegmentis
perfuſus pari ratione bicolor evadet
ſed traductus per alembicum, non ſe
atque aqua ſimplex, albeſcebat. Ca
rum quoniam facile prævidebam, f
ut deſtillatione per alembicum circa l
lignum nihil amplius efficerem: de
quidem ab ipſa,nihilo tamen minus
via rem aggredi, & quæ ſequuntur,
perimenta facere viſum eſt.

Experim. 3. Infuſo aureo cæru
cum aqua fontis parato inſtillavimus
quot Olei tartari per deliquium f
guttas: & deprehendimus,utrumque
lorem conſtanter perſiſtere.

Experim. 4. Eidem infudimus
tı

ioli ſpiritum guttatim, atque evaneſce-
it actutum color cæruleus, ſola rema-
ente flavedine.

Experim. 5. Idem cum Spiritu ſalis,
lphuris, nitri tentavimus, & perſevera-
t color aureus, disparente cæruleo: vel-
i in Experim. 4. etiam contigerat.
laut obſcuro indicio, Salia acida vi pe-
etrante infringere & aliter diſponere
articulas illas poſſe, quas Sal tartari u-
noſum & quaſi obtuſum infringere at-
ue aliter disponere nequit.

Experim. 6. Circa hoc Lignum ne-
hriticum plurimas alias egregias adducit
onſiderationes ſedulus ille & perſpica-
iſſimus Naturæ indagator Robertus Bo-
le *lib. de Colorib. Experim. X. & ſeqq.*
uæ ibidem legi merentur. At unicam
ceat nobis hic repetere, quæ concer-
it redintegrationem perditi ſemel co-
oris cærulei. Eam paullo equidem pro-
xius Auctor recenſuit, nos vero ſuccin-
te tantummodo repetemus. Infuſo ſci-
cet Ligni bicolori paucas Spiritus ace-
i vini guttulas immitte: Sic peribit co-

color cæruleus, reſtante croceo. Inſupe
affunde tantillum Olei tartari per deli
quium confecti, & mox redibit co
lor cæruleus, apparebitque Infuſum u
antea bicolor: fracta forte ſalis acidita
te, & ad priſtinum poſitum reductis par
ticulis per hebes quaſi Tartari oleum.

Cap. X. *De Fæcibus vini, Chærophyllo, atq; Petroſelino.*

VEtuſtate Vinum duplex deponi
excrementum: Fæces puta, atque
Tartarum. *Fæces* autem ſunt parte
vini craſſiores ac terreſtres, quas poſ
fermentationem luti aut mucilaginis in
ſtar ad doliorum funda demittit, non ex
pertes utilis ſalſedinis, à qua robur vi
num accipit, adeo ut ab hac quaſi radi
ce avulſum, & in aliud vas translatum
ætatem usquequaque non ferat, ſed fa
cile degeneret.

De fæcis hujus præſtantia teſtimo
niun

ium etiam præbet Aqua ardens sive piritus vini, quem Oenopolæ aut De-illatores alii inde conficiunt: ut alios unc omittamus usus mechanicos, vul-o non incognitos.

Id vero omnibus haut esse obvium :bitramur, ex istiusmodi Fæcibus vini *leum* per vesicam parari, quod *viride* anscendat Alembicum. In ipso opere l quoque fuit animadversum, illud ma-is viridescere, quod ultimo profluit O-:um. Perit tamen illa viredo successu :mporis: immo statim, si Oleum recti-ces, facto in flavedinem transitu. Vasa anno bene sint obducta, ne tincturam cupro in transitu abraso resultare au-imes. Ex *vinaceis* eodem modo con-ci Oleum, quod viride transeat, non emo affirmabat.

Chærophyllum sativum dum floret :que in semen abit, si recens cum toto oncisum solito more destillatur, aquæ er Alembicum traductæ innatare so-:nt guttæ virescentis Olei.

Id quod de *Apii hortensis* sive Pe-

troſelini planta pari modo deſtillata, et
iam verum eſſe, ſi recte operatus fueri
deprehendes. Durabilis tamen minim
fuerit is viror, ſed temporaneus. Qu
vero Olea cerefolii atque petroſelini i
Officinis oſtendunt, per fermentatione
diuturniorem parari ſolent, atque ſat
rate aureo colore, eoque conſtanti n
tent.

Cap. XI. *De Iride ſyl-veſtri.*

A Cœleſtis arcus ſimilitudine nome Iris accepit, diverſis florum color bus varie picta. A radicis autei forma commodiſſime dividitur in cla ſes, quarum prima *bulboſas* continet nu mero viginti: altera *tuberoſam*, & qu dem unicam: tertia *geniculatas*, LXI circiter. Geniculatæ ſubdividuntur in la tifolias, anguſtifolias, & nanas. Ex *latif lius* prima, quæ Iris vulgaris Germani ſive ſylveſtris Caſparo Bauhino nunc patur, tam eſt nota, ut propterea *Iris n ſtr*

tras in Officinis audiat. Servant com-
nuniter ejus ſolam radicem, ad paran-
lum inde Succum, Oleum infuſum, at-
que Fæculam: *flores cæruleos* contem-
plantur equidem ob elegantiam, at neu-
iquam cuſtodiunt.

Cæterum Joachimus Camerarius,
n notis ad Petr. Andr. Matthioli Her-
barium Germanicum, quod 1590. Fran-
cofurti prodiit, nimirum ad *lib. 1. cap. 1.*
fol. 2. de floribus iſtis cæruleis notatu
lignam profert Obſervationem, his ver-
bis: Das Waſſer aus den Blumen der ſchö-
nen Iris deſtilliret / iſt gut für die Waſſer-
ſucht: und iſt ſolches viel kräfftiger / wann
alſo daſſelbe deſtilliret wird/daß es der Blu-
men natürliche Farbe behält / wie denn ſol-
ches ohne allen frembden Zuſatz leichtlich ge-
ſchehen kan. Aqua, inquit, ex floribus Iri-
lis deſtillata Hydropi confert, eſtque
multo efficacior, ſi ita deſtilletur, ut na-
ivum florum colorem ipſa retineat:
quemadmodum id *absque additamento*
peregrino omni fieri facile poteſt.

Profectò niſi crimen falſi laudato
Came-

Camerario imputare velimus, dabitur utique modus, quo Aqua ex floribus illius plantæ destillari cærulea potest. Hunc autem modum Camerarius ipsemet pro liberanda fide exprimere juxta debuisset, ne legentibus oriretur suspicio, per artificium supra *Cap. VI.* commemoratum rem peragi. Num etenim vulgari methodo stillata ista cærulescat Aqua, experiri hactenus von vacavit.

Curcumæ radix in vulgus notissima est, sed integram stirpem pauciores norunt. Croci Indici (addito nomine Curcumæ) Iconem exhibuit, atque una luculenter descripsit Jacobus Bontius *lib. VI. Histor. Indiæ Oriental. cap. 30.* apud Guiliel. Pisonem in ipsius Opere anno 1658. edito. Folia eidem tribuit Hellebori albi, florem purpureum, fructum echinatum sive castanearum cortici hispido similem, cum incluso semine pisiformi. Vulgaris autem Curcumæ pulveri si Spiritum vini depuratissimum superfuderis, liquor per alembicum paullo celerius pulsus leviter flavescet. Durat ea

flave-

avedo tantisper, ſi in loco umbroſo, fri-
idoque adſervetur: à radiis Solis autem,
ut alio quovis calore, cito diſſipatur ac
vaneſcit. Quanquam admodum refra-
ari nolo, ſi quis flavedinem hanc, parti-
ulis minimis ob incitatiorem deſtillati-
em corporaliter traductis, tribuendam
ſſe contendat.

Cap. XII. *De Rore ſolis.*

STirpium quædam plurimas ſub ſe ſpe-
cies comprehendunt: veluti Tulipa,
Hieracium, Geranium, Orchis, Thla-
pi, Gramen. Aliæ nullas prorſus, quan-
am nobis quidem hactenus conſtat:
uemadmodum Aniſum, Cymbalaria,
uta muraria, Cepæa. Nonnullæ medio
nodo ſe habent, pauciores ſcilicet com-
lexæ ſpecies: ſicut Galega, Glycyrrhi-
a, Chelidonium. Et harum quidem ul-
imarum tribus eſt ampliſſima, continens
nter alia etiam comtiſſimæ ſtructuræ
lantam, quæ ob liquorem roridum, fo-
is vel per æſtivos Solis calores inna-
tantem,

tantem, *Ros ſolis* vulgo nuncupatur. Neque enim duabus plures ſpecies iſtius Botanicis noſtris innotuerunt: quarum altera vocatur Ros ſolis *folio rotundo*, eſt que Officinis uſitata: altera, ſed apud nos tantiſper rarior, Ros ſolis *folio oblongo* dici conſuevit.

Experim. 1. Accipe ſtirpem utriusvis ſpeciei recentem, & quidem integram, media æſtate, cœloque ſudo collectam: poſteaquam mundaveris omnia incideris, atque aſperſo aquæ momento conquaſſaveris, Cucurbitæ immittito vitreæ, & abſque additione per alembicum ſtillato. Tranſibit non ſine delectatione intuentium liquor aureus, ad rubedinem vergens.

Experim. 2. In exſiccata quoque ſtirpe nos experiri idem voluimus, ipſi Spiritum vini ſuperfundendo. Poſt moram aliquot horarum ex vaſis vitreis ope Balnei pepulimus, jucundo obſervante ſpectaculo, per alembicum liquorem inde duci aureum.

De cauſis hujus effectus ſi quid con-

jicer

:ere licet, crediderim Rorem ſolis ita
ſe compoſitum, ut in eo abundet *Sal*
latilis, qui inter deſtillandum ſecum
pit *reſinoſas* particulas per totam ſtir-
:m diſperſas: ſiquidem quotusquisque
ſius externam faciem contemplatur,
: auro eam rubeſcere facile advertet.
ccedat autem præterea oportet pe-
liaris proportio illarum particulaum
l Salem: quoniam non deſunt aliæ her-
: rubentes & reſinoſæ, quarum tamen
quæ deſtillatæ neutiquam rubent aut
lveſcunt.

Poſtquam noſtra iſta experimenta
ndum feceramus, incidimus in Me-
llam Deſtillatoriam Conradi Kunrath,
ii *tractat. XV.* de Rore ſolis inſcripto,
eroſiſſimam pro more proponit me-
odum, conficiendi medicamenta ex
hac ſtirpe: nec non inter cætera quo-
ie Aquam ipſius ſtillatitiam flavere aſ-
it, paraturus inde porro Quintam quan-
m Eſſentiam, in morbis univerſi pana-
am: quam ſuo equidem relicturi ſumus
ctori, aut potius Iſaaco Hollando, ex
cujus

cujus *Opere vegetabili* omnia pene Kun-
rathus ille mutuatus esse videtur.

Cap. XIII. *De Pimpinel-la cærulea, & Curcuma.*

PImpinellarum familia commode di-
spescitur in binas classes. Prior
comprehenduntur Pimpinellæ *San-
guisorbæ* dictæ, numero quatuor: nimi-
rum Major, Minor hirsuta, Minor lævis, &
Inodora. Posteriorem occupant Pimpi-
nellæ *Saxifragæ cognominatæ*, quarum qui-
næ recensentur à Casp. Bauhino in Pi-
nace: scilicet Major umbella candida,
Major altera, Major umbella rubente,
Minor, Tenuifolia. Quibus addi possun-
eidem Bauhino adhuc incognitæ: qua-
les sunt Pimpinella maxima Cadanensi
Jac. Cornuti, Pimpinella max. Canad.
spica rubra longa, & spica rubra conglo-
merata Rob. Morisoni, itemque Pimpi-
nella agrimonoides Horti Patavini.

At vero præter enumeratas has o-
mnes, alia quædam species spontane
cresc-

.ſcit apud nos ad pagos Urbi proxi-
os, quam ob certas rationes *Pimpinel-
n cæruleam* appellabimus. Eam ipſam
tem reperi inſuper tum prope *Stein-
rt*, loco ſex milliaribus hinc diſtante,
i in uſum Officinæ aulicæ Hortus me-
cinalis excolitur: tum circa *Francofur-
m* ad Viadrum.

Faciem ſi ſpectes, ad Sanguiſorbas
anta haut pertinet, verum ad Saxifra-
.s: atque inter Saxifragas illi, quæ *Ma-
r umbella candida* nuncupatur, quam
oxime accedit. Ab eadem contra dif-
rt 1. Solo natali. Pimpinella namque
ærulea in terra nigricante, altera in are-
oſis provenit. 2. Pimp. cæruleæ radix
.tra pulli eſt coloris, intus albidi: alteri-
; radix tam foris, quam intus albicat.
Præterea radices illius ſucco interius
ırgent cæruleſcente, qui in vulgari nu-
iam apparet: unde etiam nomen *Pim-
inellæ ſaxifragæ cæruleæ* ipſi indere, nobis
ſum fuit haut inopportunum.

Experim. 1. Mirum autem eſt, latu-
ſe hactenus tam elegans ſpectaculum,

D quod

quod ex ſtirpe hac oculis ſubjicere v
let Deſtillatoria. Etenim ſi radicib
conciſis tam recentibus quam exſicca
Spiritum vini ſuperfuderis,tingitur is fl
vo colore: quod ſi ipſum porro per ale
bicum deſtilles, liquor tranſit ſumn
ſapphirinus. Obſtupeſcent ſpectator
rerum ignari,& fucum ſubeſſe pene n
jurabunt.

Experim. 2. Quod ſi vero radices ſ
ctas,aut inſuper contuſas,in Oleum ter
binthi juxta cum aquæ fontanæ trip
infundas, ſubinde agitando vitrum, tu
oleum innatans ſtando cæruleſcit: ſ
poſtmodum omnia per arenam forti c
lore pellas, evaneſcit color cæruleus,
oleum aquæ ſupernatans colorem p
ſe fert aureum.

Experim. 3. Porro vero ſi ad Med
cos ſimul uſus transferre operatione
hanc libuerit,& ſpeciatim parare *Aqua*
phyſagogam cæruleam, infundantur jux
cum radicibus illius Pimpinellæ Seme
aniſi, fœniculi, & cætera carminativa.

Experim. 4. Si animus eſt conficie

Aquam contra *Calculum cæruleam*, in-
:iantur una Semen alkekengi, petroſe-
ıi, & id genus alia. Plus tamen opor-
t eſſe radicum Pimpinellæ, quam cæte-
rum, ſi color prævalere cæruleus de-
:t.

Experim. 5. Si mediam partem ra-
cum Pimpinellæ cæruleæ cum media
.rte herbæ Roris-ſolis commiſceas, &
vini Spiritu infundas, profluet is per
embicum colore marino perquam ele-
ınti: fracta nimirum cæruleſcentia per
bedinem Rori-ſolis congenitam.

Cautelæ. 1. Colorem hunc ſapphiri-
ım ex radicibus iſtis, liquor aqueus ex-
ıhit nullus: ſed oportet eſſe liquorem
irituoſum. Præſtant tamen adhuc ole-
;inoſi liquores ob majorem cognatio-
:m, quæ ipſis cum ſucco radicum reſi-
ıſo intercedit. Addiſcere id etiam li-
:t, ſi ipſis Oleum citri affuderis, quippe
illud poſt brevem moram colorem
um cæruleum deponunt.

2. Deſtillatio in his operationibus
ɔn lente nimis inſtituenda, alias albicat

 liquor

liquor tranſiens: verum paullo incita
us, ita primus quidem liquor ex cyan
albeſcit, ſed poſterior perfecte ſa
phirinus apparet.

3. Color iſte cæruleus, ſaltem ut
duobus prioribus Experimentis anima
verti, non eſt usquequaque durabil
ſed poſt tres aut quatuor menſes in f
vedinem ſenſim degenerat. Diutius t
men durabit, ſi extra Solis radios, &
loco frigido ſervetur.

4. Radices iſtæ colligi poſſunt ve
æſtate aut autumno, & per hyemem ſe
vari: tam enim recentes, quam ſiccæ
hæc phænomena aptæ ſunt: quamvis p
vetuſtatem diſſipato ſucco cæruleo, ali
rum more radicum fiant inutiles.

5. Recentiſſimas aliquando radic
Oleo terebinthi ſolo imbuimus, obſe
vando ſequenti die, marinum colore
non vero cæruleum emerſiſſe: & quan
vis poſtea aquæ triplum adderemus, fo
titer per vices movendo, manſit tame
color marinus ſupernatanti oleo.

Ca

Cap. XIV. *De Cinamomo.*

OB difficiles atque longinquas navigationes ab antiquis tam Græcis, quam Latinis de *Cinamomo* ulta incerta, adde etiam fabulosa, fue- prodita. Hinc inter Botanicos ortæ im tot controversiæ de Cinamomi at- ieCannellæ differentia, vel identitate: ıæ quidem lites lectione recentiorum :riptorum facile nunc determinantur.

Nobilissimum est Cinamomum sive annella *Zeilanica:* proxima ipsi Malava- :a sive Javanensis, sequente porro Pe- ıana. Neque prætereundum nobis Ci- ımomum caryophyllæum, à sapore nun- ıpatum, quod nostra ætate ex Ameri- e meridionalis provincia Guajana di- a afferri cæpit.

At vero Cannellæ historiam lucu- ntissimam omnium reperire licet apud ;uilielmum Pisonem *cap. 1. & 2.* Man- ssæ aromaticæ, quam is nitidissimo ope- suo *de Indiæ utriusque re naturali atque*

medica Amſterodami anno 1658. im-
preſſo ſubnexuit. Fateor autem, me no
leviter fuiſſe lætatum, dum pervagand
hoc volumen, Iconem integræ arbor
cinamomiferæ primum conſpicarer: per
tæſus ſcilicet negligentiæ dicam, an in
ſcitiæ cæterorum Herbariorum, qui a
unum fere omnes in Commentariis ſu
nil niſi folium unicum cum bacillo au
cannula, hactenus nobis exhibuerun
Cæterum quoniam is Auctor, perinde u
Joa. Jonſtonus, qui hujus quoque veſtigi
in *Hiſt. natur. de Arboribus* preſſit, omn
um manibus non teritur, ac præterea vi
ulla ſuperat ſpes, fore unquam ut arbo
ipſa ſub climate noſtro frigidiore naſca
tur: ideoque fragrantiſſimo huic & car
dinali Aromati tantum nos debere rat
ductu *Piſonis* incidi ejus effigiem, atqu
ut hominibus noſtris paullo magis in
noteſceret, hoc loco inſeri curavimus.

Verum enim vero ut ad propoſitun
noſtrum propius accingamur, eliciun
Officinæ ex cortice hoc *Aquam*, cui
inter aromaticas cæteras primum tribu

a

locum, haut erraveris. Tam enim ipſa
t cordi, ſpiritibusque amica vitalibus,
m potenter flatus in ventriculo inte-
inisque diſpellit, tam denique palato
iam grata, ut cæteras multis poſt ſe pa-
ſangis relinquat.

Ipſa cum vino, vel absque illo cum
qua Borraginis deſtillari ſolet: utrovis
iodo, quæ primo tranſit Alembicum,
ctеſcit. Ea autem *lacteſcentia* haut eſt
quidem nativa, verum ex oleo, quo A-
oma abundat, proficiſcitur: id in parti-
ulas per aquam minimas diſperſum,
olorem infert lacteum: quod ſi iſtæ
uaſi atomi ſucceſſu temporis unitæ, in
iblime feruntur, produnt ſeſe in ſuper-
cie guttulæ oleoſæ aurei coloris, relicta
qua albida: licet oleum iſtud, ſi paullo
opioſius ſit, tandem etiam fundum pe-
ere ſoleat.

Neque vero hoc ita erit interpretan-
lum, ac ſi lacteus iſte color ſoli propri-
is ſit *Aquæ Cinamominæ*: apparet etenim
n Aquis etiam ex Caryophyllis, Nuce
nyriſtica, cæterisque aromatibus extra-
D 4 ctis.

ctis. Nominare vero Cinamomum pr reliquis libuit, quoniam ut paullo ant dicebamus, tum cæterorum aquas ant cellit, tum in frequentiore usu ubiqu terrarum habetur.

Cap. XV. *De Coraliis.*

COraliorum tria genera sunt: ru brum, nigrum, atque album. A bum autem vicissim in ramosun stellatum, articulatum, & verrucosur distingui commode potest. Datur qui etiam Coralium extra rubens, intus n grum. Palmam cæteris in medicin præripit rubrum sive masculum dictun de quo Pedac. Dioscorides *lib. V. ca 139. Coralium marinum frutex est, qu alto extractus, duratur statim atque mergit, tanquam offuso aere protinus con crescat. Plurimum invenitur ad Syracu sas in promontorio, cui Pachyno nome est. Laudatissimum rubens, colore antheri ci aut sandycis saturatæ, nec secus terent facile cedens æquabili usquequaque concre*

mento

nto, rurſus algæ aut fuci marini odore,
am ramoſiſſimum & cinamomi æmulum
rma fruticis. Plinius *lib. XXXII. Natur.*
iſt. cap. 2. ſimilia fere habet, niſi hallu-
nanter appoſuiſſet, baccas illas ſeu glo-
ılos, quibus colla fœminæ exornant, in
buſcula illa marina ſponte naſci: cum
rno parari iſtos ſatis hodie conſtet, &
ınſtare ipſi quoque olim potuiſſet. De
ıdem Rubicundo intelligendus etiam
t vetuſtiſſimus Vates *Orpheus* peculiari
armine de Coralio, quo is & virtutes
ſius, & fabulas eo pertinentes, elegan-
r proſecutus eſt.

De hoc ipſo Coralio rutilante, an
ſtillando genuini coloris Tinctura du-
queat, examinandum jam fuerit. *Solu-*
ınes cum ſucco limonum aut berbe-
m confectas, etiamſi miniata facie de-
ctent, hic nolim propoſitas. Sed ne-
ıe *Liquores* illos, qui poſt abſtractio-
m in fundo vaſis remanent rubenti
lore. Ejus etenim farinæ plurimos
oceſſus ſive methodos videre eſt apud
nſelm. Boetium *lib. II. Hiſtor. Gemm.*
D 5 *& la-*

& lapid. cap. 154. at multo plures apu
Jo. Ludov. Gansium *Histor. Coralion*
cap. VII. itemque apud recentiores alio
In eo vero negotii versatur cardo, ut o
stendatur ratio, qua sine additione re
suspectæ, sive per Alembicum sive pe
Retortam, rubicundus ex Coraliis li
quor, id est *Tinctura genuina* traducatu

Experim. 1. Jo. Lud. Gansius citat
capite §. *VIII.* observatum aliquando te
statur à celeberrimo sui ævi medico *Ja*
Zuingero, Tincturam destillando prod
re per alembicum, si Coralia in calce
versa una cum Spiritu vini probe dig
rantur, & novies leni destillatione pr
mo, deinde vehementi calore foras pe
lantur, ita ut aqua primum flava, post
rubra exsiliat, quæ Tinctura esse cr
ditur.

Experim. 2. Idem Gansius §. *XI*
ejusdem capitis hæc habet. Pulvis cor
liorum Spiritu salis calcinatur: calx aq
stillatitia eluitur, ut salsedinem exuat. d
inde addito vini spiritu fit extractio. E
tractiones cum cohobiis toties destilla
tu

ır, donec *Tinctura prorepat ex alembico.* Ĩinc ſeparatur ſpiritus per balneum. ſotandum hic, quod extractum eſt, ſem-er circulandum eſſe decem dierum ·atio: deinde cum cohobiis deſtillan-ım. Sexies id faciendum, ſemper adhi-ıto novo ſpiritu. In quinta deſtillatione *ıbeus color* dicitur *prodire*, & in ſexta ılvis totus rubeus in fundo manere.

Experim. 3. Huic congener modus ł Conradi Kunrath *Medull. Deſtillat. act. X.* de Coraliis inſcripto, quo tamen caſſum repetendo nunc potius ſuper-debimus.

Experim. 4. Daniel Sennertus *lib. Inſtitut. Medic. P. 3. S. 3. cap. 9.* ſe-ıentem rationem in medium profert. orallia aceto ſoluta impraegnentur ſpi-ːu aceti deſtillati, donec ſal nihil iſtius iritus recipiat: id quod fit hoc modo. d coralliorum libram unam adde ace-acerrimi uncias duas, & leniter eum eſtilla, exſtillabit phlegma ſaltem inſipi-ım. Secunda vice affunde aceti uncias es, iterumque deſtilla, atque ita perge ſingu-

ſingulis vicibus unciam plus affunden-
do, idque continua, donec acetum tan
acre à ſale coralliorum deſtillarit, qual
affuſum eſt. Sal ita imprægnatus diebu
triginta in Balneo Maris digeratur, a
poſtea per Retortam in reverberio clau
ſo deſtilletur, ita ut primo phlegma ſeor
ſim excipiatur, deinde Spiritus albican
tes etiam ſeorſim, donec omnes ſpiritu
cum oleo rubro inſtar ſanguinis prodi
erint. Hic ſpiritus per alembicum deſti
lando rectificandus, remanetque in fun
do oleum rubrum. Spiritus vero recen
tibus coralliis infuſus extrahit Tincturar
inſtar laccæ rubicundam, quæ ſi denu
ab hoc Spiritu deſtillatione ſeparata, &
cum Spiritu vini vel aqua aliqua cordia
conjuncta, & deſtillando ac cohobar
do volatilis facta fuerit, evadit Corallic
rum Tinctura.

Experim. 5. Compendioſa itidem r
tio eſt ſequens. Capias coraliorum rubr
rum uncias tres, & Sacchari mediam
bram. Minutim tuſa atque mixta Reto
tæ injicias, & liquorem prodire rubru
conſpicies. Atq

Atqui non diffitendum de his ope-
ationibus, rubedinem illam ſolis Corali-
s haut deberi: plurimum conferunt Spi-
itus ſalis, Sal aceti, Saccharum & ſimi-
ia addita: multum etiam diuturna dige-
tio. Adeo ut *Tincturæ* hujusmodi pro
nalogis potius habendæ ſint, donec ge-
uinam nobis fata conceſſerint. Et ſane
um hæc ſcribimus, redditur nobis Præ-
ell. Viri Dn. Joelis Langelotti Archia-
ri Holſati & Fautoris honoratiſſimi E-
iſtola *De quibusdam in Chymia præter-
iſſis*, ubi inauditam hactenus Coralio-
um reſolutionem recenſet, qua (per *o-
um citri*, ut ſuſpicor) dura ipſorum frag-
nenta primo molleſcere, deinde in mu-
ilaginem rubicundiſſimam ſolvi, tan-
emque affuſo Vini ſpiritu tartariſato in
incturam pariter rubicundiſſimam abi-
e viſa ſunt.

Cap. XVI. *Concluſio, Obſervationum triplex genus continens.*

Colo-

COlorum ex miſtione *emerſiones,re*
ſultantiasq́; aliquot cum ſupra *cap*
II. retulerimus: haut adeo extra o
leas vagaturi videbimur, ſi Colophoni
loco varias etiam rerum ex miſtione *ef*
ferveſcentias atque *incaleſcentias* itemqu
attenuationes ac *coagulationes* per exem
pla proponemus. Chymica enim hæ
quoque ſunt, lucemque multam fœne
rantur cognoſcendæ naturæ ac differen
tiis Salium acidorum, urinoſorumque
nec minus inde, quinam invicem ſalin
Spiritus jungi ſeſe patiantur, aut detre
ctent, facili negotio pateſcit. Quæ qu
dem doctrina quemadmodum nobiliſſ
marum quarumvis operationum in
fundamentum continet, neque cunct
adeo eſt obvia: ita ſuo quodam digr
videtur merito, quæ Deſtillatoriæ noſtr
Mantiſſæ inſtar ſubnectatur.

Obſervationes Efferveſcentiæ, a que Incaleſcentiæ.

1. Uti à notioribus ordiamur, vulg
quoque conſtat, ſi *viva Calx* aqua co
ſpe

ergatur, fervorem atque fumum inde
ccitari: quam operationem Murarii no-
inant Kalk löschen/Calcem extinguere.
2. Si limaturam *Ferri, Cupri*, aut *Stan-*
Aqua caustica sive forti imbuas, vi-
um ita incalescet, ut teneri manu vix
ossit, ascendente simul copioso fumo.
3. Similis fere effectus sequetur, si
ercurio vivo, Plumbo, aut *Marcasitæ* A-
uam illam causticam affuderis. Ad per-
ctiora vero Metalla quod attinet, *Lu-*
paullo magis resistit aquæ forti, quam
ent imperfectiora: *Sol* vero ipsius vim,
i Sal armoniacus accesserit, plane e-
lit.
4. Exagitationem aliquam observare
oque tibi licebit, si *Tartarum* Aqua
ustica perfuderis.
5. *Vitriolo* à calcinatione adhuc calen-
uperfunde aquam fontamam, sensim
tando: atque effervescere ipsam ve-
nenter animadvertes. Idem evenit, si
entibus quibuscunque Salibus alcali-
s aquam affuderis.
6. *Vitrioli* spiritum guttatim instilla
Sali

Sali ſive *Oleo tartari* per deliquium p
rato, & orietur ſtrepitus: eo finito app
ret coagulum, quod communiter Ta
tarus appellatur vitriolatus.

7. Eundem *Vitrioli* aut etiam *Sulph*
ris ſpiritum acidum cum *Felle* bubulo,
le urinoſo nativo prægnanti commit
& pugnam mox ſenties. At vero lon
incitatior erit ebullitio, ſi *Aquam ca*
ſticam Bili permiſcueris: adeo ut illi
ſequatur turbatio, atque ſpuma alba
ſublime attollatur.

8. Oleum *vitrioli* rubrum genuinu
atq; Spiritus *terebinthinæ* ſi invicem c
fundantur, vitrum adeo æſtuare incipit
manibus tractari nudis nequeat.

9. Neque bene convenit Spiritui
lis nitri cum Butyro dicto *antimonii:* q
potius commiſſi hi liquores, hoſtiliter
ter ſeſe dimicare conſpiciuntur.

10. Aſſervaram nuper Spiritum
communis ad uſum. is cum abſumptus
ſet, in vitrum illud adhuc fortaſſe mad
Spiritum *ſalis armoniaci* Floribus æris
ctum, quem *Aquam ſapphirinam* ho
n

nnulli vocitant, infuſurus adverti, mox prima guttula excitari nubeculam in tro, & fumidum vaporem manifeſto in- exhalare: non obſcuro argumento, iritus hos propter ſalia contraria eſſe orſus inſociabiles.

11. Pertinet huc obſervatio Regneri ræſii, quam is libro *De ſucco pancreati- pag. 60.* in hunc ſenſum retulit: Acce- mus, ait, Oleum tartari per deliquium, & acti vaccino infudimus. Huic poſtmo- ım miſcellæ Spiritum vitrioli ſuperad- dimus, & mox orta eſt efferveſcentia, que diutius durans, quam ſi Lac non iſſet admiſtum: quæ quidem differen- ı ab ipſius viſciditate pendere videtur. inus bene etiam efferveſcentia proce- t, ſi Spiritum vitrioli Lacti committas ius, quam Oleum tartari: nimirum ob ısdem ab acido promtiorem coagu- tionem.

Obſervationes Attenuationis, & Coagulationis.

1. *Tenuari* dicimus corpus ſolidum at-

que ſpiſſum, quando illud tenue, fluidúı
ve redditur: *Spiſſari* contra res voca
tur, dum quæ ex ſe fluida ac tenuia ſuı
per modum ſive coagulationis, ſive gl
ceſcentiæ ſive omnino lapideſcentiæ i
craſſantur, & firmitatem ac ſubſiſtentia
acquirunt. Quæ quidem affection
Phyſicæ præ cæteris non tantum in ı
bernis pharmaceuticis ſunt oppido fr
quentes, ſed in reliquis etiam artib
mechanicis: quin immo tota *Ars ſpag
rica* nonnullis à diſſolvendo & congr
gando nomen accepiſſe creditur. Un
hæ duæ qualitates peculiarem mer
conſiderationem, optimo nobis jure
dentur.

2. Ubi *Decocta* aut *Infuſa* Pharmac
pæus, & *Jura carnis* Coquus parat: af
ſis liquidis corpora denſa atteuant
parteſque nobiliores extrahuntur. F
ratio eſt in *Julepis*, *Emulſionibus*, & r
liquis Formulis medicamentorum
quidis.

3, Ita ſicca *Salium* quorumlibet co
pora liqueſcere videmus, atque attenu
ri,

, affuſis liquoribus aquoſis: unde *Solu-*
ones dictæ *ſimplices:* qualis v. g. illa Vi-
ioli in aqua fontana, quæ cum Infuſo
allarum mixto atramentum producit,
ua de re ſupra *cap. 2.* mentio facta.
4. Pertinent huc ſimiliter *Solutiones*
rroſivæ, cujusmodi in Metallorum ſoli-
iſſimam compagem ab Aquis cauſticis
xercentur. Aurum enim per particulas
inimas innatat Aquæ regiæ, adeo ut
uod ſibi relictum aciem oculorum nu-
er ſiſtebat, mutata mox ſpecie ſive tex-
ura, prorſus diaphanum appareat.
5. Neque mirandum minus, idem
urum, cæteraque metalla poſſe per
nis quandam quaſi *corroſionem* ita et-
m attenuari, ut undarum inſtar fluant:
uæ quidem fuſio, niſi res eſſet adeo
ita, apud ignaros fidem vix inveniret.
6. Alabaſtrum atque Gypſum uri poſ-
, perinde ut lapidem calcarium, in vul-
us notum eſt, aſſeritque nominatim
nſelmus Boetius *lib. II. de lapidib. &*
emm. cap. 269. Id vero neſcio, an ſit ita
bvium, quod ſequitur experimen-
 tum.

tum. *Alabaſtri*, aut ejus vice *Gypſi* opt
mi, minutiſſime triti & cribrati libras
liquot in æneum aut ferreum plani fu
di atque prius calefactum vas conjice
ignem adhibe per gradus ad intenſi
nem usque, & videbis lapideum hu
pulverem formam liquoris induere, u
dulatimque effervеſcere, actis etiam
ſublime albis vaporibus fumum refere
tibus. Quinimmo ſi bacillo ipſum tur
agitaveris, non ſenties arenæ inſtar re
ſtere, ſed ad modum liquoris cedere: qu
quidem res non levem curioſo ſpectat
ri delectationem parit, uti de ſe ipſo R
bertus Boyle teſtatur *Hiſtor. Fluid. Se*
XVIII. ubi pluſculas circa hanc rem n
tas adhuc, & cautelas addit.

7. Attenuationis quoque ſpecies e
ἐγχειρήσεως illa, qua *Sal tartari* per deliqu
um in liquorem ſolvitur: atque inter N
turæ quidem opera perquam illuſtris il
attenuatio, qua ſpiſſiſſimi *ex glacie* pont
verno Solis calore diffluunt.

8. Ut vero ad *Coagulationis* phæn
mena quoque deveniamus, ex maxi
pr

rotritis eſt panificium,dum *Piſtores* ad-
niſta farina Aquam coagulant in maſſam
ro panibus pinſendis. Simile,ſed magis
ompoſitum opus eſt *Dulciariorum*,quip-
e qui butyrum, ſaccharum, ova, varia-
ue alia ingredientia juxta admiſcent.
9. Magis vero domeſticum exem-
lum vix extat, quam *Lactis* coagulatio,
ve ea ope coaguli vitulini aut agnini,
ve per ſuccum limonum, aut herbæ a-
etoſæ, ſive per acetum, Vitrioli ſpiritum,
liaque ſalina acida procuretur: ubi ſane
uida Lactis ſubſtantia, ſecedente Sero,
1 caſeoſam ſubito maſſam coit.
10. In Inſulis Canariis ex ſucco arundi-
um fluido, coctione addenſant in innu-
ıeros uſus dulciſſimum *Saccharum*: & e-
ontrario in Inſula Succotra, ex planta *A-
ves* ſuccum cognominem amariſſimum.
mmo ſine artificio aut labore in variis
ntris lapideſcunt Aquæ: & ut provincias
lias prætercam, maxime celebris eſt *ſpe-
us Baumanni* dicta in ſylva Hercinia
aut procul à monte Bructero, in qua
on tantum ſtillantium aquarum petrifi-

catæ ſtiriæ, ſed & ingentia animaliu
oſſa incertæ hactenus originis reperiu
tur.

11. Ad mineralia vero quod attinet,
Spiritum *ſalis armoniaci* urinoſum opt
mum cum *Vini ſpiritu* depuratiſſimo a
quis partibus permiſces, illico per m
dum glaceſcentiæ, aut potius nivis inſt
coire in fundo vitri occipient. Dum
nim Spiritus armoniaci acrimonia à du
core Spiritus vini obtunditur atque m
tigatur, criſpæ anguloſæque Salis part
culæ fundum petentes, & aliæ ſuper a
as delapſæ nivis præ ſe ferunt ſpeciem.

12. Si Spiritus *ſalis culinarii* miſcet
cum Spiritu *ſalis armoniaci acido*, n
ſalſo: tunc initio miſcella æſtuare, m
turbari, tandem plane butyri forma c
re incipit.

13. *Spiritus vini* ſumme rectificat
itidemque *ſpiritus urinæ* exquiſite d
phlegmatus, ſi æquis portionibus miſc
antur, intra horæ quadrantem agitan
primum in nivis ſpeciem, mox etiam
maſſam ſtabilem coaleſcunt. Niſi ve
ute

erqueSpiritus phlegmatis omnis expers erit, ſucceſſu carebit negotium: veluti udenter admonet Rob. Boylæus *Hi-r. Fluid. & Firm. Part. II. Sect. 32.*

14. *Ovi albumen* ad tenuitatem usque onquaſſa, deinde permiſce ipſi mediam artem *Spiritus ſalis* optimi: videbisque anc mixturam agitando intra pauca ho-e minuta coagulari.

15. Fluidiſſimum *Mercurii* corpus co-gulare multi variis modis tentarunt. uum propnit Jo. Rhenanus *Diſſert. Chy-ic. Part. I. pag. 35.* Suum itidem Tho-nas Keslerus *Cent. I. num. 79.* ut aliis ecenſendis nunc ſuperſedeam. Expedi-a tamen, nec minus certa ratio eſt per *vaporem Saturni*, ſi in plumbum liqua-um & jam refrigerari iterum remo-o igne incipiens foveam baculo impri-nas, aliquid cineris inſpergas, atque Hy-lrargyrum celeri manu infundas: ita ad-cendens vapor à plumbo ipſum conge-at. Quanvis, qui Mercurii hanc coagula-ionem in dubium vocent, non deſint.

16. Operoſior modus eſt, quem ali-

quando pro conficiendo *Mercurio coagu*
lato citrino adhibuimus. Capiebam au
tem Hydrargyri unciam, Æruginis & Sa
lis communis, utriusque unciam unam
cum dimidia, Aceti vinarii libram civi
lem. Coquantur in ſartagine ferrea pe
horam unam aut alteram, ſpatula conti
nuo ferrea agitando, donec tandem i
amalgama Mercurius coeat. Id poſtmo
dum iteratis ablutionibus à ſale purga
ac denique in globulos piſorum inſta
forma. Hi globuli aeri temperato ex
poſiti, poſt aliquot horas ſponte quiden
indurantur: quod ſi vero colorem quo
que coagulato huic Mercurio inducer
animus eſt, accipias radicis Curcumæ
XIV. drachmas, Tuciæ autem præparata
unciam unam, & poſtquam miſcueris, fa
cum globulis ſtratum ſuper ſtratum in ti
gillo bene lutato, ne quid exſpiret. Sten
in igne primum lento, ut ſiccefcat mate
ria: poſtea per horam unam atque ampli
us, fortem adhibeto ignem: hinc eximo
& poſtquam refrixit, cura liquari, ut
metalla ſolent, atque in vaginam effun
di

i: habebisque maſſam auri Rhenani alde æmulam, ex qua annuli, armillæ liaque monilia confici non nequeunt. i quis tamen maſſam hanc de Mercuo amplius participare neget, cum ipſo aut admodum altercabor: quoniam, ui alæ iſtius planetæ innotuerunt, non icile inducetur, ut credat, ignem vehe-ıentiorem ab ipſo per horam integram ratis tolerari.

Obſervationes in Sanguine, ejusq́ Sero.

Spiritus minerales per ſiphonem ı venas brutorum injecti, quo pacto *inguinem intus* alterent, attenuando aut oagulando, jamdum in Clysmatica Noa *cap. V.* à nobis fuit enarratum.

Verum præterea in *ſanguine* humaıo, per venam ſectam *extracto & adhuc alente*, tentavimus nonnulla: adverten-es, à Spiritibus iſtis mineralibus inſtillais varias etiam mutationes ſanguinem ubire: quales ſunt ebullitio, attenuatio, rumeſcentia, aut coagulatio, coloris ex-

altatio, aut obſcuratio, ſimilesque plure
variationes.

At vero, poſtquam Sanguis huma
nus venæſectione emiſſus deferbuit, &
conſiſtere cæpit, innatare ipſi ſolet *Li*
quor, olim pro Bile, hodie pro Sero habi
tus. Certe non is amaricat tantopere, u
Bilis nomen mereatur: neque tam e
tenuis, ut purum putum nuncupari Se
rum debeat. In cochlear argenteum i
exceptus leniter & absque commiſtion
cruoris ſubjecti, ſi ſuper favillis aut car
bonibus parumper teneatur, abit in *coa*
gulum albumini ovi cocto tam conſiſten
tia, quam colore, & propemodum etiam
ſapore ſimile. Ad colorem quod attine
animadverti differentiam hanc, quod i
nonnullis perfecte albicet, in aliis palle
at, in aliis ad citrinitatem tantillum ve
gat: quæ quidem varietas ſive à tempe
ramento, ſive à ſtatu corporis ſano au
morboſo, ſive ab aſſumptis (portio enim
chyli inſanguinem non verſi omn
no eſſe videtur) pendere poteſt.

In chyloſum illud *Serum,* diverſis va
ſcul

ulis exceptum, ſi Spiritus ſupradictos
inerales guttatim ſtillaveris, emergunt
ria etiam phænomena, quorum noti-
ım habere ſedulum medicum, non abs
prorſus fuerit. Examini autem huic
ligentem nuperrime navavit operam
l. V. Dn. D. GODOFREDUS LEISNE-
is, Collega noſter dum viveret per-
ıam honorandus, qui ipſe quæ ſe-
uuntur Obſervationes & conſcripſit, &
obis hoc loco vulgandas paullo ante,
uam fato fungeretur, communicavit.

Obſervatio I.

Dominus N. N. natione Clivenſis,
riginta annos natus, Scorbuticus, macu-
s rubris, puſtulis in facie, artuum gravi-
ati, formicationibus, rubedini in facie
oſt potum vini generoſi, vel cereviſiæ
ortioris, vel acidularum Swalbacenſi-
ım, gingivarum hæmorrhagiæ, & ſimili-
us obnoxius, præmiſſis Pilulis, d. 28. Ju-
ii 1671. mittit ſangninem ex brachio ſi-
ıiſtro, in patellas tres ad ſeptem uncias
circiter. Sanguis inter effluendum valde
fervet:

fervet: præceſſit heri largior vini potu
Poſtquam refriguiſſet, multum habet ſ
ri: grumus eſt rubicundus, virgulæ div
denti facillime cedens, in fundo bru
coloris. Serum effuſum colorem hab
lixivioſum, inſtar urinarum à citrino c
lore nonnihil ad rubedinem flectent
um: diviſum in vaſcula undecim, admi
tis liquoribus ita ſe habet.

1. A *Spiritu nitri* concreſcit conf
ſtim ſubſtantia caſeoſa à ſuperficie a
fundum usque liquoris, in eo ſpacio, c
inſtillabatur ſpiritus: coagulatum illu
ſuperficiem verſus albicans erat, fundu
verſus citrinum inſtar ſulphuris. Rel
quum ſeri circumnatans pellucidum m
nebat, at inſtillato Spiritu nitri in coag
lum caſeoſum itidem faceſſebat. Liqu
ris nonnihil aquæ inſtar pellucidum incl
nato vitro reſtitabat.

2. *Spiritus nitri dulcis* inſtillatus nu
lam inducebat alterationem, at poſt bre
ve temporis ſpacium dimidium liquor
ſuperius clareſcebat omnino, inferius le
viter turbeſcebat, ita tamen ut vix al

qu

a notari poſſet differentia, niſi ab ocu-
in Chymicis curioſo.

3. *Spiritus ſalis* liquorem confeſtim
æquo pervadebat,& non ſolum in eo
ıcio,cui inſtillebatur,ſed in tota liquo-
circumferentia circa fundum coagu-
n album præcipitabat,ſed minus craſ-
n.

4. *Spiritus ſalis dulcis* liquorem non-
ıil turbabat, brevi tamen cremor la-
:us ſeparabatur, & ſuperficiei innata-
t.

5. *Spiritus vitrioli* coagulum albicans
ualiter ad fundum præcipitabat, ἀνά-
λιν fere coagulo ex Spiritu ſalis dulcis,
l nonnihil tenuius.

6. *Aqua fortis* in coaguli albedine &
rinitate, ac liquoris reſidui pellucidi-
e cum Spiritu nitri omnino conveni-
at.

7. *Spiritus ſulphuris* omnem liquorem
coagulum album convertebat, paucis
ttulis relictis.

8. *Clyſſus* inſtillatus ad fundum liquo-
præcipitabat coagulum ex uno vaſis
latere

latere albicans & caſeoſum, ex alte
pellucidum & quaſi gelatinoſum.

9. *Arcanum nitri* inſtillatum init
liquorem in eo, quo erat, ſtatu ſineba
nec tamen cum eo miſcebatur, ſed
fundum tendebat, ut à liquore optir
ſecerni poſſet. Hora tamen una vel alt
ra poſt, liquor intenſioris erat coloris,
in fundo vaſis turbulentum quodda
magma ſubſidebat, quod vitro levit
concuſſo cum liquore uniebatur.

10. *Spiritus ſalis armoniaci* ſalſus nu
lam plane liquori alterationem, nec
colore, nec in conſiſtentia inducebat,

11. *Liquor nitri fixi* liquorem turb
bat, & ad fundum præcipitabat coag
lum quoddam quaſi ſalinum, liquore c
ſupernatabat plane limpido.

Obſervatio II.

Juvenis phthiſico ſtemmate nat
& ipſe phthiſicus, ſanguinem & pus cu
multa tuſſi ejiciens per venam ſecta
octo uncias circiter emittit. Sangui
grumus floridus eſt, tenuis cum ſe
mul

ulto, quod effusum ex patellis a san-
uinis superficie abradit aliquam rube-
nem, subsidentia unius diei ad fundum
identem.

1. Spiritus *nitri*, & 2. Spiritus nitri
ılcis, ambo ut superius. 3. Spiritus *salis*
em, præterquam quod coagulum esset
tuitosius in superficie, & quasi gelati-
nosum. 4. Spiritus salis *dulcis* idem,
d cremor erat crassior. 5. Spiritus *vi-
ioli*, ut & 6. *Aqua fortis* idem. 7. Spi-
tus *sulphuris* coagulum Spiritui salis si-
ile, sed nonnihil tenuius, & magis ge-
tinosum. 8. *Clyssus* coagulum album
assum. 9. Arcanum nitri, & 10. Spiri-
s Salis *armoniaci* salsi, & 11. Liquor
trifixi, idem. 12. Spiritus *Veneris* instil-
tus primo vitro liquorem clarum levi-
r faciebat lactescere: secundo nihil
utabat.

Observatio III.

Dominus N. N. spleneticus & scor-
uticus, vertigini & pectoris angustiæ
bnoxius, die 27. Julii Anno 1672. vena
secta

ſecta, grumum habet laudabilem, ſeru
plurimum tinctius: huic inſtillata ſ
quentia.

1. *Aqua fortis:* unde caſeoſa atqu
alba concretio, ſerum ſupernatans pa
lidius, Coagulatum illud inſtillato Spir
tu ſalis armoniaci non ſolubile. 2. *Cly*
ſus: coagulum album ad fundum cade
minus tenax. 3. Spiritus *nitri:* coagu
lum cum inſtillata Aqua forti ſimile,
cum plus ſpiritus infuſum eſſet, omne f
re ſerum congelatum. 4. Spiritus *nit*
dulcis nihil mutabat. 5. Spiritus *ſalis* c
agulum in fundo albicans, in ſuperfic
ſubflavum & gelatinoſum æqualiter pr
cipitabat, liquore nonnihil pallidiore ſ
pra relicto. 6. Spiritus *vitrioli* idem pl
ne, præterquam quod liquor ſupernata
maneret tinctior. 7. Spiritus *veneris* n
hil immutabat. 8. Spiritus *ſulphuris* ide
plane coagulum cum Spiritu vitrioli.
Spiritus *duplicatus* Polemanni, idem cu
Spiritu ſalis, præterquam craſſius non
hil & minus albidum. 10. *Arcanum nit*
fundum turbabat, vitro vero concuſ
cu

m liquore exacte miſcebatur nihil im-
ıtando. Huic mixturæ inſtillata gutta
a vel altera Aquæ fortis coagulum pa-
bat lacteum pro more conſueto. 11.
quor *nitri fixi* fundum itidem turba-
t, & concuſſo vitro miſcebatur exacte.
ſtillata vero aqua forti ebullitionem &
ımam ſulphurei coloris multam jacta-
t, nihil tamen præcipitabat. 12. Spi-
us *ſalis armoniaci* cum lapide hæmati-
nihil turbabat, colorem ſaltem tantil-
n intendebat. Huic inſtillata gutta una
ıuæ fortis, coagulum lacteum ſtatim
bat: majore tamen copia Spiritus ſalis
noniaci affuſa iterum ſolvebatur cum
llulis parvis, & loco iſtius coaguli ma-
bat tenuis quaſi pituitæ tantillum pel-
:idum.

Obſervatio IV.

Hæc inſtituta fuit non in ſero, ſed
ipſo ſanguinis *grumo*. Nimirum Dn.
N. cum aliquot annos ſanguinem
ıiſſet, incidit in puris ſputum, cum febri
ɔrdinata. Poſt adhibita medicamenta,

& ſpecialiter abſtergentia, incidit die t
geſima Maji in hæmoptyſin largam, pr
greſſa artuum gravitate & laſſitudi
Die primo Auguſti urget idem Symp
ma & ſanguis plurimus ejicitur florid
ac qui facile coagulabatur. Die ſecun
Auguſti poſt mediam noctem hæmop
ſis valde urget, ſanguis rejectus c
dus ſaltem in ore ſentitur, non pu
dus, uti olim materia, nec ſalſus. Jub
inſtituere venæſectionem in brachio d
tro, ad uncias quatuor circiter. Sang
emiſſus duobus vaſculis argenteis ex
ptus inter effluendum niger eſt, par
admodum ſeri & quidem flavi vix dra
mas duas habet: circulus grumi rube
floridus, media pars inſtar cruſtæ gel
noſæ. Huic grumo charta bibula pr
ſiccato, ſequentia fuere applicata.

1. Spiritus *nitri* guttula unica co
ſtim & ictu oculi citius albam macul
imprimebat, & non ſuperficiariam
tem, ſed ſatis profundam & valde c
dicantem. 2. Spiritus *nitri dulcis* n
immutabat. 3. Spiritus *ſalis* tardius
cu

lam minus albam & minus profun-
m imprimebat, circuloque rubro & sui
ius instillati peripheriæ colorem ni-
ım. 4. Spiritus *salis dulcis* nihil initio
ebat, at cum aliquamdiu super liquore
tisset, extimam crustam tantillum re-
vendo foveam quasi imprimebat, qua
ntineretur, & subjectum grumum, ex
rneo & livido marmoris instar varie-
tum reddebat. 5. Spiritus *vitrioli* tar-
: maculam leviter albicantem. 6. *A-
a fortis* confestim & citissime macu-
n Spiritui nitri omnino conformem
m fumo. 7. Spiritus *sulphuris* macu-
n Spiritui vitrioli conformem. 8. *Clys-
r* maculam albam, wie blaulichte Milch.
Spiritus *veneris* quoad effectum cum
iritu salis dulci conveniebat. 10. *Ar-
num nitri* initio super grumum stabat
sua circumscriptione, postea maculam
ıvam imprimebat, & crustam tenuio-
m reddebat, ut virgulæ dividenti faci-
ıs cederet. 11. Spiritus salis *armoniaci*
hil imprimebat. 12. Liquor *nitri fixi*
umum reddebat pellucidum, & nonni-
l rubicundum. FINIS.

ADDITAMENTUM ad Ca II. *de Lapide Grünwal densi.*

CIrca hunc egregia non tantum cit experimenta Nobil. & Exc Dn. D. CHRSTIANUS MENZEL Ser. Elect. Brandenb. Consil. atque chiater: verum eadem etiam, quam fervente jam impressione, peculiari nos data Epistola complexus est. E ipsam autem, cum ad illustrandum *II. Destillatoriæ* nostræ faciat, auctarii co hic subjungere visum fuit.

NOBIL. atq; Experient. Domi Collega & Amice honoratissime.

ROganti,ut quædam ex Observati bus meis Chemicis tuæ adjiciam De lâtoriæ Curiosæ,denegare id ob mult quæ à juventute fere nobis interc a

ıicitiam, ægre poſſum: etiamſi delite-
:re potius, quam inclareſcere ſcriptis
l mea ſponte, vel cum aliis ſemper de-
eravi. Unicam igitur communico
ɔſervationem, omiſſis fere infinitis,
æ ad tuum *Cap. II.* ſpectare videtur,
ca Lapidis cujusdam labores Chemi-
s, quem à natali loco *Grünvaldenſem*
co. Is repertus eſt hic prope Beroli-
m à me & aurifabro Rhevvend adhuc
ente A. 1663. M. Majo juxta ſylvam,
æ vulgo dicitur der Grünwald / ope
ſtoris cujusdam pueri, qui locum no-
rat, atque eum nobis monſtravit. Con-
et hic lapis ex metallis Ferrum & Cu-
ım: ex ſuccis autem metallicis Sul-
ur & Vitriolum, quæ in Marchaſita
rea, qua Lapis hic abundat, latent.
ınc itaque *Marchaſitam*, quæ Græcis
rites dicitur, ſelegi ex Lapide, eamque
pollinem redactam ſolvi in Aqua for-
quantum ſolvi poterat: Solutionem in
:na poſui ad evaporandum, & reſtitit
ıteria in fundo rara, ſpongioſa, coloris
eo-ſulphurei. Super hujus materiæ
rtem fudi F 3 1. *Spi-*

1. *Spiritus vini* optimi aliquid, ut d
ſolverem eam atque digererem: & ec
ſtatim omnia atra ac nigerrima red
bantur.

2. Super aliam hujus materiæ part
ſtillavi *Olei* vel Liquoris *tartari* aliqu
quantitatem, & ſubito factus fuit ſtre
tus atque ebullitio, & inductus fuit co
ruber brunnus, craſſus tamen & obſ
rus.

3. Huic liquori filtrato immiſcui
ritum ſulphuris acidum, & emerſit co
ſanguineo-cocceus, elegantiſſimus, ru
ni adinſtar ſplendidus & transpare
remanente in fundo ſedimento craſſ
nigro.

4. Iſti liquori rubineo ſuperaddid
liquot guttulas *Solutionis Lunæ* aqua
ti paratæ, & dicto citius coagulabatur
pra liquorem hæc Lunæ Solutio in c
gulum album niveæ inſtar pinguedi
aut ovi albuminis cocti, quod poſt r
ram aliquam calcis adinſtar niveæ f
dum petiit, retinente ſuum color
ſanguineo-cocceum liquore.

5. P

5. Poſtquam hunc elegantiſſime ru-
eum Liquorem ad ſiccitatem usque
ſtraxiſſem, remanſit in fundo *Sal ni-
eus* Nitri inſtar lanceolatus aut cryſtal-
ſatus. His Cryſtallulis ſuperfudi *aquam*
laram *ſimplicem*, & ſolvebantur in ea fa-
illime, remanente liquore claro, limpi-
o & diaphano, ut aqua ſimplex clara.
At cum ei addidiſſem Liquorem ſive
leum tartari commune, ſubito priſtinus
olor ſanguineo-cocceus rediit.

6. Eſt mihi *Liquor tartari* cum mi-
iera auri Hungarica digeſtus. De hoc
Oleo vel Liquore cum aliquot guttulas
inſtillaſſem, totus liquor evaſit coloris
cæruleo-viridis.

7. Accepi denique etiam ſupradicti
Liquoris ſanguineo-coccei Unciam cir-
citer, eique ſaltem unicam guttulam de
Solutone auri per Aquam regiam parata
inſtillavi: momento citius totus liquor
colorem hunc eleganter rubeum & ſan-
guineum perdidit, verſusque in aureo-
luteum, qualem nempe ipſa Auri ſolu-
tio poſſidet, adinſtar Solis ſiderum re-

gis nubes diſcutientis, omniaque pr
imperio lumine ſuo adimplentis.

Cæterum omitto hic plurima ali
circa hujus Lapidis labores phænomen
Chemica, quæ mihi animo exciderunt
etenim menſtruo etiam quodam ſangui
neus ille liquor ſtatim in aquam claram
diaphanamque tranſiit. Aliud menſtru
um eundem liquorem in violaceum, ali
ud in alium transformavit colorem
Reſervo adhuc *Pulverem cæruleum* ex
hoc Lapide paratum, qui ſua pulchri
tudine Cæruleo montano, ſive Bergblau,
non cedit. Quamvis fatear, quod nul
lum vere colorum genus, quo Pictores
hodie utuntur, detur, quod mihi ex
Metallorum atque Mineralium calcibus
varie paratis non reſultaverit. Trans-
mitto hic ſimul fruſtum Lapidis illius
Grunvvaldenſis, ut ſi lubet, ipſemet ex-
periri recenſita ſuperius phænomena
poſſis. Mitto quinetiam portionem *Mi-
rabilis violacei*, ita vocati à Gebero Ara-
be *lib. I.* Summæ Pefectionis ſuæ *cap.
XXVIII.* quod mihi nudius tertius ex cal-
cina-

natione Veneris cum Sulphure obtigit. olophonis loco addam, quod mihi indit experimentum circa bilioſum liuorem in veſicula fellea contentum. hoc olim, ante viginti annos, diſſolvi iquid Aloes roſatæ vel depuratæ,& vers eſt viridis ille bilis color in vere ſanvineum: cujus rei conſiderationem neini non frugiferam æſtimo. Vale. Daım raptim ex muſeo meo, die 8. Mar-i 1674.

Excell.æ Tuæ

omni ſtudio addictiſſimus

Chriſtianus Menzelius.

ADDITAM. ad Cap. III.

Pag. 14. lin. 17. *liquoris.* add. Ne iid de *Sublimatione* [v. g. Stibii cum le armoniaco] dicam, cujus interventu eciosa itidem colorum varietas in Capillo emergit.

ADDI-

ADDITAM. ad Cap. IV. *de*

Tinctura diuretica, quam vulg
Solarem nuncupant: itemq; de La
teribus singulare Experimentum
Nobil. & Excell. Dn. D. CASPA
RIS MARCHII, qui sequentibu
ad me scriptis literis utrumqu
proposuit.

Nobilissime atque Expe
rientissime Vir, Fautor & Ami-
ce plurimum colende.

POstquam non ita pridem, pr
singulari Tuâ, quâ clarus es, humanit
te, perlegendum mihi concesseras *Cur*
osum tuum, quod nunc sub prælo suda
Scriptum, cogitare cæpi, numquid m
minisse possem è laboribus meis Chym
cis Experimenti unius alteriusve, cum a
gumento, quod tractas, cognationem a
qua

quam habentis: & ecce in mentem venerunt bina, Tibi fortaſſe non minus nota, nondum tamen, ſi bene memini, in eleganti iſto Scripto tuo allegata. In utroque aureus color alembicum tranſit; in *unô* liquori ſpirituoſo, in *altero* Sali ſic ſatis volatili inhærens. Nôſti Vir Eruditiſſime, quomodo ex Minera Antimonii Ungarica, Nitro, Tartaro, & Silicibus, iis præſertim, qui auriferi cenſentur [additô ſecundum aliquos etiam Sale Armeniaco] optimè mixtis, & in Inſtrumentum certi generis igni aperto commiſſum projectis, eliciatur Liquor iſte ſat celebris, & contra Calculum, variasque Obſtructiones, ut & impuritates ſanguinis à pluribus inſigniter commendatus, qui, quod in primâ illa deſtillatione aureô colore fulgeat, haut facile cuipiam admirationem parere poterit, cum vera ſit ſolutio Salis ac Sulphuris ex diverſis illis materiis violentiâ ignis expulſorum, quemadmodum nemo miratur Spiritum ſalis communem parili ferè colore præditum, cum rectificatio ejus per Re-

Retortam moderatiori igne inſtituta oſtendat, quantum corporei ſalis ante rectificationem continuerit, quô ſegregatô, Spiritus iſte ſalis rectificatus prorſus exiſtit diaphanus & omnis coloris expers. De noſtro autem modò dicto Liquore aureo mihi non ſemel innotuit, quod rectificatus, etiam plus unâ vice, tincturam tamen auream præ ſe ferat, etſi priori minûs ſaturatam: id quod intimiùs ac ſub volatilitatis quidem ſtatu, uniti Salis Sulphuriſque indicium eſt. *Alterum*, quod affero, *Experimentum* haut adeò cognitum eſt, aut in Chymicorum, quæ mihi quidem legere contigit, Scriptis propoſitum. Notum cuivis, *Lateres* coctos *rubicundo colore* undiquaque perfuſos eſſe, quem colorem ſi quis ſeparabilem ab his mihi olim narrâſſet, ei fidem certe minorem tribuiſſem, quàm iſtis, qui à *Coralliis Tincturam* ſeu colorem rubeum ſeparari poſſe contendunt; id quod, quoad colorem, ut eſt vel habetur nuda qualitas, pro impoſſibili facile habeo; reſpectu tamen cujusdam portionis

nis ſubſtantialis [quam coloris iſtius po-
iſſimum ſubjectum agnoſco] à Coralli-
s in certa menſtrua receptibilis, inter
mpoſſibilia male referri puto. Accidit
amen, ut experientiâ cognoverim, *rubedinem*, aut *rubeum potius iſtud*, quô intimè tinguntur *Lateres*, ſeparari in tantum
ab iis poſſe, ut nihil ejus in his maneat
reſiduum. Paraveram nempe *Spiritum Salis Armeniaci volatilem urinoſum*, aſſumpto in præparatione Alcali aliquô
lixivioſo, uti moris eſt, adeóque obtinueram libram unam atque alteram *Salis ex utroq;* Alcali nempe & Armeniaco
compoſiti, ex quô cupiens extrahere Spiritum, conſuetâ maximè methodô, miſcui iſtud cum *triplo pulveris Laterum*, ac
per Retortam igne nudo pellere tentavi Spiritum, aſt non obtinui quod volui:
Liquoris enim pauculum quid extillabat. Prodibat autem *Sal corporale* atque
in tantum volatile, progreſſu temporis
Collum Retortæ opplens prorſus, unde rumpi eam tandem neceſſum fuit, quâ exemptâ, ſal omne ſublimatum adverti in
col-

collum ac ſuperiorem Retortæ partem, *croceô colore tinctum*, & relictum Lateꝛum pulverem omni colore orbatum, cineri fere ſimilem. Quod ſanè *Coloris è corpore tantam vim ignis experto extracti*, & *per alembicum acti* Experimentum, uti conſideratu digniſſimum: ita Tuis, Vir Nobiliſſime, Experimentis adjici, non poterit, credo, non eſſe gratum. Vale, &, quod hactenus egregiè præſtas publico rei literariæ Bono feliciter ſtudere, meque amare perge

Tibi

Berolini, X. Martii An. M. DC. LXXIV.

ad quævis amoris offici paratisſimum

Caſparem Marchium, D
Conſil. & Archiatr. Electoralem.

Non-Entia Chymica.



PRÆFATIO.

Um ad finem properaret libellus noſter *De ratione ducendi liquores coloratos per alembicum*, rogavit Bibliopola, ut an-
:cti ſinerem Tractatulum alium, inven-
oppido nunc rarum, cui titulus: *Non-
ıtia Chymica.* Impreſſus is eſt ante hos
iginta circiter annos Francofurti ad
[œnum apud Thomam Matthiam Gœt-
um, eaque ipſa exempla adeo mox fue-
ınt diſtracta, ut in tabernis librariis nul-
ɔi proſtaret amplius.

Renui primum, veritus ſcilicet, ne Al-
ıymiſtarum in me bilem concitarem o-
nium: imprimis quod opinabar, ab Au-
oreMercurium antimonii, & fortaſſis a-
ı etiam nonnulla fuiſſe in Catalogum
ıuc relata, quæ jure merito inde eximi,
in claſſem Entium Verorum reponi
ɔſſent.

Conſenſi tamen denique, tum ob alias
tiones, tum quod videbam, *Guernerum
olfincium* excellentiſſimum nuper ſeculi

noſtri Medicum,& qui Chymiam in Arti
formam redigendo,univerſos ante ſe Di
dacticos ſuperavit, de præſenti Opuſcul
tam egregie ſenſiſſe,ut eundem in librum
Chimiæ ſuæ VI. pene totum tranſtulerit
nominando *Argumentum ſcriptionis heroi
cum, ſcriptumq; ipſum feliciſſimi ingenii, ju
dicii & omnigenæ experientiæ fœtum.*

Quid obſtat igitur,quo minus ea con
jungantur, quæ ob materiæ affinitatem
jamdum conjuncta videntur,& quæ ſeme
ſociata vel ipſi Naturæ Amaſii diſſociat
nollent? Neque iſtæc ita componi, ipſ
Dominus Rolfincius, qua fuit in nominis ſu
cultores humanitate, ægre,ut arbitror,tu
liſſet. *Dominus Utis Udenius* hic in ſcenam
poſt aliquot annos iterato prodit,at ſeipſ
potentior nunc ac bellicoſior, ob ſociat
Rolfincii valida ſuffragia. Habebunt jam
denuo, quo diligentiam ſuam exerceant
latiſſimum campum *Non-entium* vindi
ces: nos cum Apelle poſt tabulam ſecur
latebimus. B. V. LECTOR, & his benignu
fruere. Berolini d. 24. Martii Anno
cIↃ IↃC LXXIV.

J. S. Elsholz

UTIS UDENII

NON-ENTIA CHYMICA,

Sive

ATALOGUS EORUM OPERUM, perationumque Chymicarum, æ, cum non ſint in rerum natura, nec e poſſint, magno tamen cum ſtrepitu vulgo Chymicorum paſſim circumferuntur, & Orbi obtruduntur.

J. C. Scaliger

Epidorp. lib. IV.

INANIA PHANTASMAT

COagmentatio vanida, copulatioque,
Phantasmata quas pariunt cogitationum:
Quam multa parat misere, tam pauca reportat:
Se farcta, suique jacens erroris inanis.

CA

ANDIDO, ET CORDATO
LECTORI
;alutem, & Veritatem.

NON-ENTIA *tibi damus,* LECTOR. *Quid, malum, das, inquis, quod non est, quod non existit? At damus certe, sed ratione, qua Autores ipsi illa, id est, titu- sine re, vacua phantasmata, somnia fe- citantium, cassa & inania verba. Nec n damus, (non ista nobis professio,) quàm aliis jam data, & artificiose, subtiliter, gnoq; ingenio (nam quis hic desideret enium!) excogitata reddimus, ac repe- ius brevi ac simplici nomenclatione. In- em saltem consignavimus, ac summa no- na: omnia, omniumq; apparatum sigilla- , curiose, prolixe describere, quid operæ tii esset? satis superq; hæc Utopia alias à s tum inventoribus, tum sectatoribus ce- rata est: nec nos ad eam rem magistri nus. Necessum esset, ut quot annos septem itres dormiendo transegerunt, somniaret*

quis in bicipiti Parnasso, qui velit hæc f
te satis, & condignis modis deformare. Qu
lia vero, quæris iterum, & unde illa? M
taphysicum me jubes esse, qui ægre sum. I
cam tamen aliquid. NON-ENTIA dicu
tur, quibus esse nullum competit, remo
actione mentis. *Seu, ut magis perspici*
verbisq; vulgaribus dicam, quæ cum ni
omnino sint, tamen aliquid putantur
se. *Sic, ubinam terrarum invenire licet P*
etarum Chimæras? ubi Centauros? ubi
cos aureos montes servantes? ubi centim
num Briarea? ubi ex semente dentium
guinorum prognatos milites, & id genus
lia infinita, nisi in cerebellis hominum
fingentium, & imaginantium, ubi &
scuntur, & educantur, totumq; suum
bent esse. (oportet nos interdum parum b
bare loqui in re præsenti.) Pari ration
scire aveas, ubi quærendum sit unguen
ri melleum, succosus argenti liquor, c
um candidissimum margaritarum, sua
rubens coraliorum pinguedo, dulci
mus chalcanthi latex, *& horum simili*
plus quam myrias integra: Chymicorum n
nu

llorum delicata ingenia adi, in quorum iu postquam à subtili fictione, seu (ut lo- i amant ipsi,) fortiter exaltata imagi- tione, *hoc quicquid sunt accepere, suavi- r & molliter conquiescunt : alias nullum universa rerum natura de illis offendes stigium. Nec enim Patriam mutant, aut ans mare currunt. Dulce illis natale so- m: ubi nata sunt, ibi perpetuo hærent, sta- lantur. Modus quoque, quo hæc producun- r, idem prorsus cum præcedentium. Ex* on-entium fictorum *genere utraque si- dubio gloriantur esse. Atque hæc non, si ad naturam & exemplar eorum, quæ apse sunt, componuntur, confinguntur vé. c veris conceptibus, præpostera & absur- i mentis opera, falsi exsurgunt. Nisi ocu- usurpaverit, aut animo receperit Poeta eciem leonis, draconis, capræ, nunquam ex- de efformaturus est monstrum horrendum, forme, ingens: quod sit*

ὄσθε λέων, ὄπιθεν ἢ δράκων, μέσση τε χίμαιρα.

Nec Chymicus Poeta, nî & chalcanthum verit, & ex quibusdam rebus, ignis vi lurgente, liquores exstillare, & nonnulla,

cum deguſtantur, grata dulcedine lingua delibutam reddere, unquam tibi ex atr mento ſutorio eliciet dulce nectar. Ad eu dem modum res ſeſe in cæteris omnibus h bet. Nihil tam inuſitatum, tam abſurdu eſt, quin fingere poſſit Poeta: & illis noſt dicta iſta fortiter exaltata imaginatio *pr ducere poteſt, quicquid volunt, vel oculis co tuentur, uti ipſimet jactitant. Hinc, que admodum verum eſt illud,*

Multa quidem ſcribunt, ſed non cr
denda Poetæ:

Non minus certe verum erit:

Multa quidem dicunt, ſed non crede
da Chymiſtæ.

Et ut olim

-- -- Pictoribus atque Poe
Quidlibet audendi ſemper fuit æq
poteſtas:

Noſtro ſeculo

-- -- Ciniflonibus atque Poe

eadem rectius indulgebitur. Vides, qu belle conveniat Chymicis iſtis cum Poet ſed iſtis, inquam: fingere nimirum, & in ginari potentibus. Quibus, ſi differntiæ c

, *quo rectius ab aliis, qui eo ingenio, iisq;*
oribus non sunt, discernantur, titulum
oetæ (*ut nos jam fecimus*) *insuper addas,*
escio an male faceres, aut nullam ab illis
s initurus gratiam. Pluribus sane posset,
r digna esset tam germana cognatio horum
aterculorum, *illustrari & deduci. Nam*
r præter ea multa specialia, eaquè pulcher-
ima Emblemata communia habent, quibus
ximie exornatur. Aureum seculum apud
Poetas celebratur, nec minus apud Chy-
nicos. Summa beatitudo, summum bonum
n eo ipsis repositum est. Quin cum Jasone
d Colchos navigant, Tauros ignivomos ci-
urant, Dracones pervigiles consopiunt, &
ætera monstra peragunt: scilicet ea quoque
le causa omnia, ut Phryxeam pecudem de-
lubant, (paullo magis poetice loquimur,
quia cum meris Poetis nobis res est,) & au-
ea pelle nitidi domum revertantur. Quid
nemorem, quam similes se præstent Herculi,
itque reliquis Heroum? ut mirer, quare e-
ns Jupiter non in Divorum Concilium trans-
scribat, aut

-- -- inter cava nubila raptos

Quadrijugo curru radiantibus infera
astris?

Quanquam & hoc fortasse, si somniant, ipsi contingit. Sed de hisce, utut non absque de lectatione dicentur, & forsan etiam lege rentur, jam declamare commodum non est Illud potius dispiciendum, an etiam sine con veniant utrique? Quid propositum est Po etis?

Et prodesse volunt, & delectare Poetæ,

summus ait Poeta. Posterius quidem nostri Chymicis denegari non debet. Nonne enin se, atque alios mirum in modum delectant tam bella, tam suavia, tam egregia, tam in audita, tanta rerum varietate admirabili aut somniantes, aut in somniis visa aliis re ferentes? Nulla, credo, somnia, quæ unquan eburnea Homeri porta egressa fuere, tant voluptate dormientium mentes demulcer queunt, quanta hæc illos, quorum animis se mel recte insederunt. At vero, possuntné et jam in priore committi? prosuntné Chymi ci fabulatores? Haut puto. Magna hic dis paritas. Contruncata patrimonia, dilapi datæ opes, lacerata res familiaris, deperdit vale

*aletudo, bonæ horæ pessime collocatæ, salu-
es & vitæ ægrotantium periclitatæ, labe-
ictatæqúe, strages animarum insontium, se-
a pœnitudo, infame nomen: immo pro re
ata nonnunquam dira crux, & extrema
esperatio. Qualia hæc tibi videntur esse?
Quales fructus, aut præmia putes ista discin-
ti, & male feriati animi? Apage ista!*

- - Nocet empta dolere voluptas.

*anum, irritum, ne dicam stolidum est, se-
tari ea, quæ nusquam sunt, nusquam inve-
iri queunt. Iniquum vero, & minime tole-
andum, ex Natura, optima Parente, liberali
utrice, Dei ministra, ea extorquere velle,
tiam cum convitiis, & ingratiis, quæ ipsa in
nanu non habet, quæq; à sancto, justo, benefi-
io Conditore suo nunquam accepit. Sed tem-
ero mihi. Ast, ô bone (rursum objicis) quis-
uis es, qui ita es Zelotes, undenam scis, &
erto audes dicere, ista Chymicorum opera es-
e nihili res, seu ut appellas tu, NON-ENTIA?
Rogo: undenam gentium cognitum habes,
Chimæram, verbi gratia, non esse in rerum
natura? An unquam capta est, & in plagas
venantium incidit? unde tibi de Cerbero
con-*

constat? an ullus nostro ævo Hercules exti-
tit, qui illum Tibi, ex Orco extractum, ant
pedes conspiciendum deposuit? Quisqis es
OPTIME LECTOR, qui ita judicas, si tib
candida, generosa, & soli veritati, non auten
vagis opinionibus, aut auræ populari addict
mens est, cum RATIONE (quod monent o-
mnes sapientes) EXPERIENTIAM sequere
Ea te non patientur errare, neq; in dubio am-
plius hærere. Non meum est: nec, si esset, lice-
ret jam operosis demonstrationibus omnia ti-
bi approbare. Et hoc jam ante maximam
partem à viris eruditis, & veritatis studiosi
factum est: neq; quisquam rectius, & certiu
harum rerum demonstrationes præstabit
quam tute ipse, tibi. Ut ab initio dixi, m
non fabricam harum Idearum *adjuturum*
esse, ita nec de industria hic earundem de-
structioni, aut abolitioni incumbam. Quan-
quam nec destrui, aut aboleri recte possunt
cum nihil omnino sint quidem. En, quanta
subtilitas iis inest! Enumerare tamen hæ
NON-ENTIA, & suo quæq; nomine designa-
re placitum est: tum, ut unum quasi sub con-
spectum veniret tam lepidum contubernium

& al

& altius de iis cogitandi & meditandi supe-litaretur occasio, illis præsertim, qui præ cæ-eris veritati, & artium integritati student: um, ut qui verbis, & monitis amicis vinci ossunt, atque non icti etiam sapere discunt, 1oc officium non desiderent, & à periculis & raudibus sibi caveant. Nec tamen omnia in atalogum relata sunt: qui enim possibile fu-set?

Nam neque quam multæ species, nec
nomina quæ sint,
Est numerus.

ræcipua saltem, maxime obvia, & in uno-uoque genere eminentissima sufficiat anno-ıta esse. Addi possunt, si visum fuerit, quæ currernt porro. Sed & hoc monendus es, A-1ICE, vocabula & nomina quævis proprie, in genuino suo significatu *esse accipien-ı: scapham appellamus scapham, ligonem, gonem: Tincturam, Tincturam veram, non cum quendam mendacem. Quare etiam re semper descriptionem brevem titulis bjunximus, & ex mente quidem autorum, hac in parte error committeretur. Ea no-mus, quibus vocabula propria, & genuina:*

reliqua,

reliqua, quibus ea nonnunquam citra mer. tum apponũtur, aliter dijudicanda ſunt. V LE, & ſi credere renuis, EXPERIRE. Qui quid autem feceris, & quaſcunque in part te verſaveris, nullo etiam relicto intentat ſpondeo tibi & reſpondeo, BONE LECTO piſcaturum te eſſe in aere, venaturum a tem in medio mari: *& ſi recte ſenſibus ratione tua uſus fueris, nobiſcum ſenſurun & faſſurum ultro, omnia iſta Chymicoru portenta, & magnifica (ut ipſis placet) oper eſſe* nugas meras, ineptias, inanias, vana l dibria, *& ſi quid amplius, quo digna ſunt, illa dici poteſt: uno verbo, ut nos appellamu NON-ENTIA.*

UTIS ſcripſit, Anno ab exoculuto Polypl mo, CIↃ. CIↃ. IↃCCC. XXX. aut circite

Index Capitum.

Cap. I. Non-entia chymica ex Vegetabilibus.
II. Ex Animalibus.
III. Ex Lapidibus.
IV. Ex Mineralibus.
V. Ex Metallis.
VI. Non-entia communia.
VII. Non-entia in Transmutatione Metallorum.
VIII. Excuſatio.

Ca



Cap. I. *NON-ENTIA CHYMICA ex Vegetabilibus.*

1.

R*Esuscitatio Plantæ ex cineribus*: vel secretum ex cineribus, philosophice, vel quocunque modo paratis resusci-
ndi plantas, vel herbas, spiritualem vel
ealem ad modum, ita ut vitro inditi
eres, vel aqua, in qua herba quasi se-
lta latet, calore saltem modico acce-
nte, totam speciem, & formam vivæ
ntæ pulcherrime, explicatissimeque
ræsentent, ut nulla neque in colore,
que in figura, aut cæteris ejusmodi ac-
entibus sit differentia: calore vero a-
to, & desinente, rursus ut considant
eres, aut aqua, speciesque una pereat.

. *Mercurius vivus, seu argentum vi-*

vum

vum currens, & verum, ex ipsis Vegeta-
libus extractum.

3. *Sal purgans herbarum*, non mini
vel etiam efficacius, quam herbæ ipsæ i
tegræ, ex quibus destructis sal iste reve
separatus fuit.

4. *Essentia vel Tinctura Sacchari*,
summa, & ex multis partibus in una
quasi coacta insit dulcedo: ut tres
quatuor guttulæ de ea tantum in ed
corando præstare possint, quantum in
grà ejus libra.

5. *Essentia vini singularis*, cujus gu
paucæ aquæ instillatæ, eam continuo
vinum optimum præstantissimumq; co
vertant, quod nulla re à nativo differ
immo ei potius præstet: totamque v
veri hypostasin, Tartareum videlicet
ritum, &c. in se contineat.

6. *Destillatio legitima gummi Benz*
seu asæ dulcis, & per hanc elicitum O
um, limpidum, pingue, gratissimum, a
que ulla additione extranea.

7. *Olea odoratissima, sincera, non co*
busta, nec graveolentia ex myrrha, bde
sty

yrace calamita, caphura, ladano & ſimi-
bus per veſicam aut alia inſtrumenta,
niter exſtillata, nec aliis additionibus
dulterata. In hiſce tota vis odoris, quæ
ntea per bonam materiæ portionem
iſperſa erat, extracta, collecta, unita,
: ut loquuntur, concentrata eſſe debet,
erinde ac prior illa dulcedo ex ſaccha-
), & vinoſitas, ut ita appellem, ex vino.

8. *Aquæ vel Spiritus ex herbis pur-
antibus deſtillati*: qui ſoli per ſe purgent
rtute earum herbarum, ex quibus per
eſtillationem elevati fuerunt.

9. *Solutio ſacchari per vini ſpiritum*
ıriſſimum, rectificatiſſimum, ſeu ab o-
ni prorſus aqua ſeparatum.

Cap. II. *NON-ENTIA ex Animalibus.*

1.

*Mercurius vivus, ſeu verum argentum vivum ex ſanguine animalium edu-
um.*

2. *Zibetha ex ſtercore humano, vacci-
, vel alterius animalis*, quæ nativæ &

H genu-

genuinæ Zibethæ prorſus non diſſimil
ſit, aut ei cedat, ſed eandem fragra
tiam exhalet, iiſque viribus pollea
Hanc nonnullis Zibetham occident
lem appellare placet.

3. *Homunculus ſecreta ratione in v
tro, vel ampulla Chymica fabricatus,*
quo omnem ſcientiam, univerſamqu
naturam, & ejus myſteria, præſertim v
ro Lapidis Philoſophici confectione
diſcere liceat.

4. *Tinctura, ſeu extractum mellis,* ſu
viſſima, & odoratiſſima, quæ non
ſolutio integri, aut deſtillatio vulgari
ſed extractio vera partis iſtius, in q
tota virtus mellis, odorisvé ejus, & du
cedinis reſideat, menſtruo convenien
peracta. Eſſentia aliis etiam vocatur.

5. *Eſſentia, Quinta Eſſentia,* Moſchi,
Zibethæ,
Ambræ,
(addamus ob affinittaten
in quibus odor, & virtutes incredibi
modo ſint auctæ, & exaltatæ. Extr
ctio

ione ſingulari ſubtiliſſimarum partium
x unoquoque ſunt paratæ.

Cap. III. *NON-ENTIA ex Lapidibus.*

I.

O*Mnes aquæ, liquores, ſpiritus, ſalia, olea, tincturæ, eſſentiæ, extracta*: & o-
nia omnino, quocunque nomine ven-
tentur, quæ nequeunt fieri, aut parari
tra realem ſubjecti ſui deſtructionem,
in partes componentes reſolutio-
em. Inprimis vero, & ſpecialiter hic
ninent:

2. *Oleum, ſal, ſpiritus, eſſentia, Quin-Eſſentia Margaritarum.* Quantum
ec cordi languenti, Hecticis, ema-
atis &c. robur addant, dici non poteſt.

3. *Tinctura Coraliorum vera*, rubi-
ndiſſima inſtar rubini, odore gratiſ-
mo, viribus nobiliſſimis. Ad hanc le-
time præparandam tot Proceſſus du-
nt, quot ſunt muſcæ in Armenia, aut
oëtæ in Germania.

4. *Spiritus eorum ardens: Oleum r*
brum pingue: Essentia, &c.

5. *Sal item crystallinum*, ex toto sep
ratum, in quavis aqua solubile: & *T*
tyrum eorundem, quod tam dulce sap
ac si ex lacte Junonis prodiisset.

6. *Oleum, & liquor sincerus Crystal*
rum, quæ non sint integri solution
sed insita eorum humiditas.

7. *Tincturæ, Essentiæ, Olea, &c.*
Sapphiro, Smaragdo, & cæteris lapi
bus pretiosis.

8. *Essentia crystallina Oculorum canc*
quæ linguam instar sacchari dulcissi
afficit.

Quin etiam:

9. *Graduatio Magnetis cum Oleo fer*
Paracelsica, qua ejus vis ἑλκυστική, seu
tractiva ultra modum augeatur.

10. *Essentia Magnetis*, in qua virt
subtilissima, ex toto corpore extrac
contineatur.

11. *Tinctura Smiridis*, non aliter,
veræ solent tincturæ, à corpore suo
parata. Aureo sulphure hæc Tinct
abu

bundat, quod benè nota, qui aurum
idere volueris.

12. *Essentia lapidis Armeni,*
Lazuli,
Judaici,
Bezoar,&c.

13. *Gemmæ, seu lapides pretiosi, ut &*
ralia, & Uniones factitii, qui vel cum
turalibus paria faciant, vel iis certe
on multum cedant: essentiæ vero, mi-
onis, aut compositionis eandem o-
nino rationem habeant: nec minus
tutibus præclaris se commendent.
rantur vero imprimis & componun-
r, si corpori ad hoc opus habili (v.
. purissimo crystallo) & artificiose præ-
rato addatur, & una cum eo figatur
nctura alicujus metalli, vel calx, vel
phur, aut oleum, totumvé metallum,
t aliud ejusmodi, prout hæc vel illa
mma est fabrefienda.

Ex. Gr. *Rubinus* coquitur ex liquore
ystalli pellucidissimo, & ex Tinctura
loratissima. *Smaragdus* ex eodem cor-
re, & ex anima Lunæ cærulea,&c.

 Hoc

Hoc pacto etiam *duplicari*, & in gra diorem molem augeri possunt gemm & margaritæ,&c.

Liquores, vel parum illud humid quod ex magno cumulo Oculorum ca cri, margaritarum, & aliorum ejusc modi crustaceorum extorquetur, vel lio pertinet: vel si quis hic excipi veli per nos licet, si cætera modo recte i telligantur.

Cap. IV. *NON-ENTI ex Mineralibus.*

I. EX VITRIOLO, *seu Cha cantho.*

SPiritus, *seu oleum vitrioli dulce.* Du cedo ei vera & innata sit, per sing larem operandi modum elicita.

Spiritus vitrioli volatilis singulari & diversus à vulgari: admirandæ virtu in Epilepsia, & Apoplexia.

Spiritus vitrioli viridis, nativo col re ita refulgens, ut is ei non accide

tal

alis, aut per contagium metallicum in-
ictus sit.

Sal Vitrioli dulcè, seu sapore amabili,
x à vitriolaceo prorsus alieno.

Extractio Tincturæ peculiaris, & Sul-
huris pretiosi elegantissima.

Sulphur anodynum Vitrioli, quod sua-
issimum hominibus, quin & gallinis
nducat somnum: quodque omnes do-
ores ocyssime consopiat, absque ulla
κρκώσει, viriumque potius corrobora-
ione.

Anima Vitrioli aquæ summæ (in qua
issolutum est vitriolum) innatans, &
nde abstracta, Philosophiceque præpa-
ata: mysterium in morbis gravissi-
nis.

Spiritus Vitrioli genuinus, in tenebris
esplendens instar carbunculi, odorem
e se spargens gratissimum.

Spiritus vitrioli Veneris, aut Martis,
u cupri & ferri, qui peculiaribus, &
liis virtutibus ex cupro, vel ferro ad-
itis præditi sint, quam ex nativo, &
ulgari chalcantho eliciti.

Essentia, seu arcanum vitrioli singul. re, ex sulphure seu oleo vitrioli optim rectificato, rubicundissimo, suavissim que præsertim Veneris & Martis co junctis, & Mercurio ejusdem, seu sa sincero & linguæ gratissimo, compo tum. Medicina hoc arcanum est un versalis, & thesaurus talis, qui pote omnes fere curare morbos.

Et si quæ sunt aliæ ejusmodi *Essenti* & *Quintæ essentiæ, arcana*, &c. ex vitri lo, quorum vires mirabiles sunt, non m nus, ac mirabiles eorundem præparati nes.

Spiritus Vitrioli, suapte natura odor tissimus, instar ambræ, aut aromatum fr grantissimorum.

II. Ex STIBI, *seu Antimonio.*

Præparatio antimonii quævis, per humores pravos per alvum, vel inferi ra tantum educens, & tam blande, & cure quidem, quam non Manna, Rh barbarum, Syrupus rosarum solutivu & a

: alia de genere hoc mitia catharrica.
Omnis omnino liquor, quocunque mo-
o vocetur, ex ipſiſſimo Stibi revera, &
on per accidens eductus, aut eleva-
us: & ſigillatim.
Olea antimonii (vere & proprie dicta)
mnia dulcia, fixa, incombuſtibilia, pin-
ıia, ſulphurea, &c.
Acetum antimonii, ſeu liquor acidus
ſentialiter ſuo ſubjecto inſitus, & non
ccedente extranea humiditate colle-
us.
Tincturæ antimonii quæcunque genui-
æ, dulciſſimæ, ſanguineo rubore ſpe-
abiles, virtutum autem excellentiſſima-
ım, ſupra quam credi poteſt.
Veræ Eſſentiæ, Quintæ Eſſentiæ, Extra-
a ex antimonio.
Hydrargyrum ex Antimonio reſuſcita-
ım.

III. Ex Sulphure.

Oleum ſulphuris, dulce, pingue, &
ſinoſum, deſtillatione ex toto corpo-
e ſeparatum, & extractum.

Tinctura ſulphuris itidem extracta,n
vero, quæ tantum ſit ſolutio integri cc
poris cum menſtruo ita ſubſiſtens.

Vitrum ſulphuris, ſeu fuſio ipſius ſ
phuris in maſſam lucidam, & tranſple
dentem, ut ſolet alias Antimoniu
fundi.

Spiritus ſulphuris dulcis, alius prorſu
vulgari acido, nobiliorumque quali
tum.

Eſſentia, Quinta Eſſentia ſulphuris.

Lac ſulphuris proprium, ſeu lactea,
baque ſubſtantia, nulla re alia admiſt
ex ſolo ſulphure parata. Lac ſulphu
officinarum aliud eſt.

IV. EX TARTARO.

Tinctura ſalis Tartari, ex ipſo ſale ve
extractione ſeparata, non vero, q
tantum ſit particula aliqua ipſiſſimi cc
poralis adhuc ſalis in liquore affuſo
ſoluta, qui per accidens exinde co
retur.

Eſſentia, Quinta Eſſentia Tartari deſ
lat

tione repetita ex calce Tartari extracta,
obilior, quam aliàs eſt ſalis Tartari
ım ſpiritu vini ſolutio.

V. Ex Talco.

Oleum Talci, ſeu balſamum ex eo tem-
eratiſſimum, verum, genuinum, ſum-
ıum coſmeticum, & ſanitatis præſidium.
Ioc inunctæ ſqualidæ, & rugoſæ vetu-
rum pelles, continuo juvenilem nito-
em, & gratiam recuperant. Cutis mar-
ıritarum inſtar ſplendeſcit, adeo ut o-
ınes venulæ transpareant, & vinum ru-
cundum, ſi bibatur, guttur transluceat.
Spiritus ex eodem Talco.
Calx Talci vera, ſeu calcinatio Talci
ne actuali.
Tinctura, Eſſentia Talci, ruffi præſer-
n.

VI. Ex Salibus.

Cryſtalli ſalis communis dulces, ſaccha-
adinſtar, non fortuitum, & menda-
cem,

cem, ex commiſtione aliarum rerum ſaporem referentes, ſed ut inſita ipſis & congenita dulcedo hæc ſit, in lucem ſaltem protracta, vel in actum deducta eaque ſumma, gratiſſima, & index ſingularium virtutum, quæ in iſtis Cryſtallis deliteſcant. Inprimis hic commendandi ſunt, qui per ſolam crebram ſolutionem, filtrationem, coagulationem *ſal dulce* parant.

Spiritus, *ſeu oleum ejusdem ſalis dulciſſimum* quoque, & viribus nobiliſſimis præditum, atque absque omni ad ſaldum deſtillatur, additamento adjecto (ut alias vulgari modo neceſſum eſt fieri) paratum. Hoc vulgare oleum vel ſpiritum multis paraſangis nobilitate & præſtantia ſuperat.

Sal aliud diverſum, & alius naturæ quam ſal erat prius, antequam deſtillaretur, ex capite mortuo, ſeu reliquiis in Retorta reſtibilibus, poſt extractionem ſpirituum elotum.

Tinctura ex hoc ſale per ſpiritum proprium extracta.

Qui-

Quinta Essentia salis, & extractio pecu-aris, ex sale priore, & spiritu dulcium ryſtallorum,&c. composita, in rubicun-issimam speciem sese induens, dum alore modico fovetur: divinarum pla-e virtutum, Thesaurus humanæ sani-tis: tota diversa à communi Spiritu sa-s acri.

Mercurius vivus ex sale communi ctus.

VII. Ex Alumine.

Saccharum aluminis, seu alumen per , & revera in gratissimam, evidentis-namque dulcedinem redactum, cujus us etiam internus nulli adversus, sed otius amicus est.

VIII. Ex Sale Armoniaco.

Aqua, Spiritus, & quivis liquor ex le armoniaco, per se, & revera, ut in a-s salibus extractus, nulla extranea hu-iditate accedente, neque in quo inte-grum,

grum, ſeu, ut vocant, corporale ſal ac
huc ſubſiſtat, iſta humiditate ſaltem d
lutum.

IX. EX MARCASITIS.

Marcaſitæ potabiles, ſeu marcaſitæ
liquorem ſincerum, absque additame
to, redactæ.

Eſſentia marcaſitarum, &c.

X. EX ARSENICO.

Oleum arſenici purum putum, absq
rei alterius interventu exiſtens.

Butyrum ejus eodem ſenſu huc pertin

Eſſentia, *Quinta Eſſentia arſenici.*

XI. EX TERRIS BOLARIBUS

*Omnis inſitus, & non adventitius,
externe adhærens liquor, aqua, humi
tas, ſpiritus*, &c. deſtillatione, & ext
ctione legitima ſeparatus. Præſertir
ſpiritus ex Terra ſigillata, bolo, te
mi

ineralibus, &c. qui ſua virtute aurum
ſſolvere debent.

;AP. V. *NON-ENTIA ex Metallis.*

)Mnes iterum omnino *Aquæ, Spiritus, Tincturæ, Eſſentiæ, & reliqua, quæ aratæ, & à toto per diſſolutionem avulſunt ſubſtantiæ: & in genere etiam, Omnia menſtrua prorſus inſipida,* & ab ıni acredine deſtituta, metalla nihiıninus optime diſſolventia: ſeu ſolunes metallorum per ejusmodi aquas tæ.

. Ex AURO, *ſeu Sole Chymico.*

Aurum potabile irreducibile, Tinctu- Eſſentia, Quinta Eſſentia, Oleum, ſamum auri. Aurum ita præpara-ı, exutum eſt prorſus ſua forma meica, & converſum (abjectis, & ſeparaſordibus terreſtribus) in ſuccum, vel ıorem in quovis alio humido diffluentem,

entem, ſorbilem, bibi aptum, citra h
terogeneæ rei additionem. Medici
iſta ſuprema eſt omnium, cœleſtis p
ne, Panacea unica, illi

- - - - *nomina mille,*

Mille juvandi artes - - -

Solutio, vel Extractio auri cum rel
pinguibus, & ſulphureis, v. g. oleo cir
momi, &c.

Mercurius ſolis, quem Mercuri
corporis vocant, ſeu argentum viv
currens, ex auro eductum absque on
fuco, per aquas, vel ſalia reſuſcitativ

Sal ejusdem, & Sulphur quodvis,
quo, mirum quantum gloriationum
bique eſt.

Vitrum Solis, ſeu aurum tranſplende
cui ſolum & verum aurum materi
præbeat.

Spiritus vitrioli Solis ſingularis,
gularium virtutum, quas ab auro h
ſerit.

Calcinatio auri, ſolo igne aperto,
lo ſale, vel re alia acri, & corrod
addita.

II

II. EX ARGENTO, *seu Luna.*

Argentum potabile, seu Tinctura, Oleum, *sentia, &c. ex argento*, instar succi viri-s, vel cærulei vegetabilis, omnium ca-tis morborum certa, & admirabilis édicina.

Spiritus ex ipsissima Luna æthereus, Epi-psiæ summus domitor.

Sal Lunæ quoque, ex ipsius corpore cisum.

Vitrum Lunæ, seu Luna fusa translu-da.

Spiritus vitrioli Lunæ peculiaris, virtuti-s argenti imprægnatus, uti prior ex riolo Solis.

Sublimatio crystallorum Lunæ, impri-s vero per sal Tartari.

Hydrargyrum ex argento, seu Mercu-us Lunæ.

Sulphur rubeum ex Luna.

Flores solis, & Lunæ absque dubio iam Non Entium seriem ornabunt.

III. EX CUPRO, *seu Venere.*

Tinctura Veneris, non solutio vulgaris

integri, ſed ut in aliis Tincturis ver
præcedentibus, partis nobiliſſimæ, i
qua color virtutesque corporis præc
puæ hærent, extractio ſuaviſſima.

Sulphur ejusdem (aliis idem eſt cu
Tincturâ) ſanguinei coloris, dulce, c
leoſum, balſamicum.

Sal Veneris, non vitriolum, aut cr
ma ex metallo, & Spiritu ſalino: ſe
verum, purumque ſal, gratum quin
tiam guſtui, & amabile.

Oleum Veneris ſuaviſſimum.

Eſſentia, Quinta Eſſentia Veneris.

Mercurius vivus ex cupro.

IV. *Ex Ferro vel Marte.*

Conveniunt fere cum præcedentib
ex Venere: *Cryſtalli Martis dulces, & S*
ejus eſſentiale.

Oleum ferri purum putum, gen
num, ſuaviſſimum, ſeu *Mars liquid*
ſincerus, absque admiſtione ſolventis
ſubſiſtens.

Tinctura Martis, vel chalybis vera,
hactenus deſcripta fuit: *Eſſentia* item

s qualiscunque, in qua principia ſumme depurata, & virtutibus efficaciſſima eddita philoſophice iterum unita ſint.

Mars fulminans, ſeu *calx Ferri ſtrepi-m* edens, quemadmodum

Sol ſtrepit, & perterricrepis ferit icti-s auras.

Eſſentia, &

Mercurius vivus ex ferro.

V. Ex Saturno, *ſeu Plumbo.*

Sal Saturni verum, & proprie ex e-s corpore ſeparatum, dulce, amabi-, miræ efficaciæ.

Spiritus item ejusdem puriſſimus, in-mmabilis (non minus ac ſpiritus vini btiliſſimus) fragrantiſſimusque, ita ut ter deſtillandum odorem quavis am-a, moſcho, aut roſis gratiorem, & lentiorem exſpiret.

Olea ejusdem flava, rubra, & quæ-nque, de quibus ſimilia, ac de præ-dentibus prædicantur.

Mercurius vivus ex Plumbo reſuſci-tus.

Tinctura, & Sulphur Plumbi.

Essentiæ, Quintæ Essentiæ Saturni du-
ces, suavissimæ, admirandarum virtu-
tum.

VI. Ex STANNO, *seu Jove.*

Eadem, quæ ex plumbo, ut sunt:

Sal, Spiritus, Oleum, Tinctura, Sulphur, Extracta, Essentiæ, Mercurius vivus,	Omnia quoqu- vera, pulchra, ar- tificiosissime ela- borata, & prolix- laudum elogiis condecorata.

Balsami quidem ex plumbo, & stann-
hoc sensu etiam huc pertinent.

VII. Ex ARGENTO VIVO, *Hy-drargyro, seu Mercurio.*

Præparatio Mercurii quæcunque, qua dempta omni vi emetica, per alvum tan-tum, & quidem blandissime ac secure, m- re benignorum & lenissimorum purgant- um, munus suum exequatur : immo, ni- offendat vitiosorum humorum collu- viem, quam aggrediatur, quiescat pro-
su-

is, neque quicquam molestiæ naturæ
nferat.

Spiritus, aqua, oleum, & omnis liquor ncerus ex ipso argento vivo destillatio-e extractus, & separatus. Certe insi-nia hæc sunt *Non-Entia*, inprimis Olea ulcia, de quorum suavitate, & admi-abili virtute nunquam dignis modis icitur.

Sal Mercurii verum.

Tinctura Mercurii, Sulphur, Extra-'um.

Calcinatio Mercurii vera, per quam, xhausta ipsius nativa & insita humidi-ate seu aquea substantia, solæ partes errestres & aridæ supersint.

Fixatio Mercurii summa, & perfecta, a ut nulla arte, nulloque ingenio ex nculis suis expediri & liberari, seu in ristinam formam reduci queat.

Coagulatio Mercurii in Metallum, ut cilicet argentum vivum cum salibus fi-entibus, & coagulantibus coctum, il-isque solis fortissime unitum, naturam : formam metallicam plane induat,

atque in ea etiam ſe fundi, & ſub ma leo inſtar metalli, duci patiatur. Quo ſum etiam ob affinitatem pertinet *V trum ſive Succinum Mercurii*, ſeu Me curius fuſus vitri ſplendorem referens.

Mercurius Philoſophice creſcens, ſi *Mercurius ſolus vitro incluſus*, & ign decenter adminiſtrato excalfactus, pu cherrime excreſcens, inſtar arboris ſp cioſiſſimæ, undiquaque frondibus, pomis quaſi, elegantiſſime ſimulatis e ornatæ: ut nimirum alias ludere ſol auro vel argento commixtus, quo tum amalgama vocatur.

De Mercurio ex vegetabilibus, an malibus & metallis reſuſcitando, dictu eſt ubique ſuo loco.

Cap. VI.

Communia NON-EN TIA quædam.

QUintas eſſentias ex iis corporibu quæ vel plane nullam, vel ſalte imperfectam ſuſtinent analyſin, e

No

Non-entia, ad quæque notatum eſt. Quod ſi etiam ex iis, quorum principia quidem omnia vere ſeparabilia ſunt, tales Quintas Eſſentias parare ſatagant, *quæ non cum prioribus ſubſtantiis, ex corporibus reſolutis productis, conveniant, neq; ex iis componantur: ſed ſingulare quiddam adhuc, ſublimius, & nobilius* (neſcio, & neſciunt ipſi, quid) *ſpirent:* non dubito aſſerere, ea quoque eſſe NON-ENTIA.

Ens autem & primum Ens quid ſunt? *Si rerum nondum perfectarum quoad eſſentiam ſuam, ſed in mineris ſuis latentium, & adhuc fientium* (ut ita loquar) *extractiones* ſunt, quæ diverſæ, aliarumque ſint virtutum, quam quæ ex perfectis, & genitis jam educuntur, parum abeſt, quin quoque ſint NON-ENTIA. Præſertim vero ea, quæ extrahenda ſunt ex mineris earum rerum, *quæ alias per ſe, & ſua natura extractionem nullam patiuntur.* v. g.

Primum Ens Auri, & cæterorum metallorum.

Primum Ens gemmarum, & lapidum.
Primum Ens Sulphuris, &c.

Cap. VII. *NON-ENTIA in Transmutatione metallorum.*

HIc vero NON-ENTIUM latissimus campus est, & fertile arvum. *Omnia particularia*, uti vocant, seu veræ & essentiales transmutationes, quæ venditantur, imperfectorum metallorum in perfectiora, quæ peragendæ sunt absque UNIVERSALI MENSTRUO seu MERCURIO PHILOSOPHORUM (si quis tamen etiam est) profecto omnes sunt NON-ENTIA optimo suo jure & merito, sive per cæmentationes, sive calcinationes, sive aquas fortes & gradatorias progrediantur.

Sunt autem præcipua:

Transmutationes *Lunæ*, *Veneris*, *Jovis*, *Martis*, *Mercurii*, *Saturni* } *in Solem.*

Trans-

ransmutationes Veneris }
Martis
Jovis } *in Lunam.*
Saturni
Mercurii

ransmutationes Martis } *in Venerem.*
Mercurii

Saturni } *in Jovem.*
Mercurii

Æris seu Veneris in Saturnum.

Et si quæ sunt aliæ.

At vero

IERCURI PHILOSOPHORUM,
Menstruum Mundi Universale, Aqua
ermanens, sicca, Hylealis, Azoth, &
uæ alia tibi debentur nomina,

Et

Qui istius partus es, & proles
LAPIS MAGNE, LAPIS ADMI-
ANDE, LAPIS PHILOSOPHICE,
Quid de vobis statuendum est?
stisne ENTIA, an NON-ENTIA?
Certe, si ENTIA,
obilissima, Optima, Excellentissima

estis, (& forsan de superioribus aliqui-
bus metallicis aliter sentiendum foret:)

Sin NON-ENTIA:

Omnium infima, abjectissima, & ma-
xime contemnenda essetis:

Et male, si ita res vobiscum sese ha-
beret, male inquam, imo pessime sit ve-
stris Autoribus, quique primi vestra no-
mina Orbi intulerunt, & in tantos la-
bores de re nihili humanum genus con-
jecerunt: cum ipsimet scirent, NON-
ENTIA vos esse.

Cap. VIII. *Excusatio.*

NOn animus nobis, aut propositum
est, quenquam mortalium ultro, &
data opera impetere, aut criminari.
Errores, & vitia exagitare, & quo mo-
do ab humano genere averruncare,
semper licuit. Si quis autem forte læ-
sum se existimet, suapte ipsius culpa
hoc fieri sciat: sibique & suæ conscien-
tiæ imputet, quicquid ad se traxerit. Si
tamen quidam necessario offendendi
essent:

ſſent: dicam, quos vellem. *Illos nimi-*
um, qui promiſſis quidem, & grandi lo-
uendi Thraſonica maxime pollent, reapſe
vero nihil, aut parum præſtant: quiq;
um vel ignorantiſſimi ſint omnium, vel
olint meliora edoceri: de rebus tamen,
uas ipſi non intelligunt, vel quæ per ſom-
ium, febremvé ipſis in mentem vene-
unt, aut quas ab aliis inconſiderate per-
uaderi ſibi paſſi ſunt, vaniſſimis autem
lerumq; & ineptiſſimis: magnificos ſe fa-
iunt ubiq;, & plenis buccis perſtrepunt.
Quin etiam illos, qui, quamvis acutius
ernant, & norint non raro

- - - *rectum diſcernere curvo:*

er malitiam tamen, aut illaudabilem
ertinaciam, cum Bacchantibus baccha-
, immo veritati obſiſtere potius, quam
idem locum dare, aut cedere, nedum
uxilium pro ſua virili ferre, præclarius
ucunt. Ab utrisque grandia, & infi-
ita damna, quæ (proh dolor!) nimis
int in propatulo, redundant in genus
umanum. Hos, inquam, ſi tetigiſſem,
ihil doleret: gratularer mihi potius.
Et

Et hoc leve illis, vel nullum etiam su
plicium esset, longe majora, & publi
luenda commeritis. Cæteros vero,ali
probos, sinceros, fideique & moris h
nesti observantes, quamvis non semp
rem acu tangant, aut interdum aliis n
mis creduli sint: aut etiam, cum nen
nascatur artifex, & solus usus talem f
ciat, experiendo proficere velint: h
ergo vel minimo lædere, candido h
mini piaculum censendum est.

Est modus in rebus, sunt certi deniq
fines,
Quos ultra, citraq; nequit consiste
rectum.

MUNDIS OMNIA MUNDA SUNT.

FINIS.



GUERNERI ROLFINCII, CHIMIÆ IN ARTIS FORMAM REDACTÆ, LIBER VI.

De effectis seu operibus imaginariis, & Non-entibus chimicis.

Cap. I. *De iisdem in genere agit.*

NOMEN hoc adeptæ sunt operationes, & opera quædam chimica, quæ cum non sint in rerum naturâ, nec esse possint, gno tamen strepitu à vulgo chimirum passim circumferuntur, & à fudis thaumaturgis orbi literato obtruntur, quique ea non admittunt, ὀστραμῷ censentur digni.

De illis editus prostat liber singularis ώνυμ☉. *Autor in fine præfationis* ad CTOREM adponit nomen UTIS. οὐδεὶς EMO vult appellari, quod ut de non tibus scripsit, ita & ille NON ENS hari velit. Argu-

Argumentum ſcriptionis heroicur eſt, ſcriptum ipſum feliciſſimi ingenii judicii & omnigenæ experientiæ fœtus

NON ENTIA hæc quædam ſunt com munia triplici regno, quædam ſinguli regnis propria.

COMMUNIA ſunt quintæ eſſentiæ, e vegetabilibus, animalibus, mineralibu quæ oſtendi ſolent.

PROPRIA non-entia, ex quolibet regn in ſcenam producuntur.

Cap. II. *De non entibus chimici in ſpecie, & 1. communibus quintis eſſentiis.*

PARACELSICI ferè omnes, *Petrus Sev rinus ideâ medic. Quercetanus præfa de veter. medic. Crollius præfat. baſil. ch mic. & alii* in eo olim unanimiter co veniebant, quod in ſingulis rerum g neribus ſeu corporibus miſtis contine tur natura quædam radicalis, vitæ pri cipium, actionum omnium cauſa. Har ob excellentiam COELUM: propter p ritate

tatem & fulgorem ASTRUM: propter
ecunditatem SEMEN: propter incor-
ptibilitatem BALSAMUM: ob immuni-
tem ELEMENTARIÆ ſortis QUINTAM
SENTIAM appellabant, & eam Hippo-
atem per τὰς δυνάμεις, *facultates* in-
llexiſſe firmiter adſerebant.

NONNULLI eò usque progreſſi ſunt,
non fuerint veriti, quintam eſſentiam,
u balſamicam hanc in miſtis naturam,
quâ medicamentorum actiones pro-
anant, non tantùm ἀναλογίᾳ, verùm
iam τῇ ὀσίᾳ cœleſtem indigitare.

JUSTA eſt cenſura: QUINTAS ESSEN-
AS diverſæ naturæ, originis, & ab ele-
entorum conſortio indolis, corporum,
iæ vel planè nullam vel imperfectam
ſtinent ἀνάλυσιν, qualia ſunt metalla,
ſe non entia: non entia item eſſe, quæ
vegetabilibus, quorum principia ſepa-
bilia ſunt; extrahuntur, cum titulo,
iod ſingulare quiddam ſint & ſubli-
ius ſuprà elementa: neque minus non
tia eſſe, quæ hoc titulo ex animali-
is, eorumve partibus depromuntur.

Veri-

Veriſimile eſt, ſubſtantiam illam i
mixtis, ex quâ medicæ facultates pro
manant, τῇ φύσει καὶ ὄντα cœleſtem no
eſſe, aut medicamenta, quæcunque tan
dem ſint, in quintam eſſentiam redactā
nihil habere commune cum cœleſtibu
ſideribus, ſed eſſe elementaris natura

CONFIRMATUR argumento ducto ἀπ
τῶν ἔξωθεν, à principiis extrinſecis, qu
ſunt AUCTORITATES:

Paracelſus 4. archidox. quo agit *de quin
tis eſſentiis, t. 1.* quinta eſſentia, *inquit*, e
materia corporea extracta ex omnibu
& ex omni, in quo eſt vita, ab omni in
puritate & mortalitate liberata, & ab e
lementari conſortio ſeparata. Ex hu
mana carne aut ſanguine non pote
extrahi quinta eſſentia, vita enim in an
mâ, non in re. *Subjungit:* non eſſe diſti
ctum quid ſuprà elementa, ſed elemen
tum ipſum, neq; diſtinctè temperatur
ſed calidum, frigidum, humidum, ſiccun
Quinta eſſentia ☉ ignis, ☽ aquæ, ♄ terr
☿ aëris naturam participat. Extrahen
ex metallis, mineralibus, creſcentibus,
romatibus modum poſt ſubjungit.

Er

Eraſtus diſp. antiparacelſ. parte alterâ 128. ſomnium vocat hominum otioſo-m, & fallere alios cupientium, quo odo ſe deceptos ſenſerunt, & dolue-nt.

De quintâ eſſentiâ fictitiâ ſincerè ju-cans *Libavius libr. 1. epiſt. 9.* quidam ſani, *ſcribit*, putant, ſe eſſentias for-ales & ſpecificas à rebus ſeparare poſ-, ita ut non ampliùs ad cenſum ele-entorum pertineant, ſed qualitatibus ementaribus ſpolitatæ in cœle-ſtium ντιῶν naturam] tranſeant.

Rulandus progymnaſmatum alchimiæ, æſt. 27. de eſſentiis chimicorum mi-s ſentit, nempe, eas elementarium alitatum non eſſe omninò expertes: od enim συςοιχειώσει conflatum eſt, ar-nullâ per ἀναςοιχείωσιν ad eam eſſen-m perduci poteſt, quæ ſit expers o-nis elementaris πάθȣς, & non referat turam principiorum ſe conſtituenti-. At eſſentia chimica ex elementis ucitur. E.

At *quæst. 73. reſponſ.* ad ſecundum m
ſochimicorum argumentum, ſuam ſe
tentiam hanc exponit, quod quinta e
ſentia ſit corpus, ſed nobilius eleme
tari, ſeparabile tamen arte, miſti tam
elementaris puriſſimæ parti cohærens

PRINCIPIA deducta ἀπὸ τῶν ἔσωθεν,
τῶν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ἐνεόντων ide
confirmant.

Ἀσύμβλητον eſt æthereum corpus cu
elementis. Portio illa cœli compoſi
corporibus ineſſet, aut κατὰ μίξιν *per m*
dum mixtionis, aut κατὰ παράθεσιν *per m*
dum juxtapoſitionis.

Non ineſt κατὰ μίξιν, quia quæ hoc m
do permiſcentur, ſunt παθητικὰ καὶ ποιη
κὰ ἀλλήλων, adeoque iisdem agendi
patiendi qualitatibus inſtructa, eâde
que conſtant materiâ, ut colligitur
Philoſopho 2. de generat. & corrupt. c.
Atqui cœlum non habet eandem ma
riam ſecundam cum elementis, neq
qualitates easdem, calorem & frig
humiditatem & ſiccitatem, neque
agit in Elementa, ut ab iis repati que

Er

Ergo cœleſtis ſubſtantia cum elementis, tanquam ἀσύμβλητον, penitiſſimè in unum aliquod συνιστάμενον ὁμογενὲς, quod formâ & eſſentiâ ſit unum, coire per mixtionem non poteſt.

Neque κατὰ παράθεσιν ineſt, quia corpora naturalia non eſſent unum per ſe, ſed per accidens ſolùm, per aggregationem partium diverſæ ſpeciei, & per conſequens, non eſſent unum τῇ οὐσίᾳ, quod tamen maximè eſt neceſſarium. Ex his inferre licet, nullo modo ineſſe.

Cap. III. *De non entibus certo regno propriis, & 1. vegetabilium ex claſſe petitis. Reſuſcitatio plantæ ex cineribus, vel ſalibus, eſt non ens.*

PAracelſus libro de naturâ rerum ſexto, qui inſcribitur de reſuſcitatione rerum naturalium, reſuſcitationem & reſtaurationem ligni, difficilem quidem, ſed naturæ poſſibilem eſſe docet, non tamen ſine magna circumſpectione impe-

trabilem. Modum etiam ſubjungit: Cineres ligni in cucurbitâ miſcet RESINÆ LIQUORI, & OLEO ejusdem ligni, æquali proportione. In leni liquore liqueſcunt, & emerget inde mucilaginoſ materia, impragnata tribus principiis Sale, Sulphure, Mercurio. Putreſcant in ventre equino. Poſt recondantur in tellure pingui. Exſurget arbor multò ſpecioſior priori. Sed ſcopæ ſunt diſſolutæ.

Nec perſuadet contrarium *Quercetanus*, qui, *hermeticæ medicinæ defenſ. cap.* 32. ut probet, calcinatione humidum primigenium in ſalibus non abſumi, at ipſas formas in conſtanti illo principio deliteſcere, demonſtrationes experientiâ ſæpè confirmatas exhibet quasdam & 1. CUJUSDAM POLONI, Medici apud Cracovienſes magni nominis, cujus nomen tamen ipſi excidit, qui apparare docet cinerem, ex omnibus cujusvis plantæ partibus, idque cum omnibus tincturis atque impreſſionibus omnium plantæ partium, earumque usque adeò ſpiri-

iritus conſervare, omnium facultatum
itores, ut plures quam triginta ejus-
odi artificiosè ex cineribus paratas
antas, easque diverſas haberet vaſcu-
s ſuis vitreis contentas, Hermetico ſi-
llo obſignatas, quæ titulum plantæ ac
oprietatis ejus inſcriptum haberent,
a ut ſi quis rogaret, ſibi roſam ac ca-
ndulam demonſtrari, aut aliquid ali-
d, utpote papaver rubrum, album ac
riegatum, tunc cinerem illius plantæ
riperet, cujus ſpecimen eſſet editurus,
ſi nempe roſam tibi monſtrari cupe-
s, vaſculum roſæ titulo inſignitum ex-
beret, ex cujus vaſis fundo, lucernæ
ni admoto, aliquantum incaleſcens,
nuiſſimus ac impalpabilis ille cinis ex
apertam roſæ ſpeciem emitteret,quam
nſim creſcere, vegetari, ac formam
nitùs, caulis, foliorum, tandemque
minæ floridæ roſæ, umbram ac figu-
m exprimere, & denique explicatiſſi-
am roſam producere, apertis oculis
tueri liceret, ut nihil certiùs nec ele-
ntiùs, quàm ex umbratili illà roſâ,

apertissima rosa enucleari ac conspi
posset, omnibus usque quaque suis pa
tibus absoluta, ut planè corpoream d
ceres, quæ spiritali tantùm ideâ, reve
tamen essentiâ spiritali dotata sese int
endam præberet, cui nihil aliud rest
ret, quàm congruæ terræ mandari,
solidius corpus assumeret. Hæc aute
umbratilis figura, vase ab igne remot
rursum in suos cineres relabebatur, f
umque chaos evanescendo sensim r
petebat. II. Decocti absinthii exemp
confirmare similem resuscitationrm a
nititur.

Beguinus tyrocin. chim. l. 2. c. 1. pr
baturus, vitam vegetabilium operati
nibus chimicis non destrui, nec hun
dum mistorum primigenium iisdem a
sorberi, certum est, & multoties pr
batum, *inquit*, sales herbarum præs
tim calidarum, si certo quodam mo
& nobis incognito seminentur, al
producere suæ speciei herbas.

Andreas Libavius magisterium re
scitationis plantarum tantopere co
habu

ibuit, ut hanc Quercetanæam reſuſci-
tionem pro verâ habuerit, eamque
ntagmate arcanor. chimic. de magiſteriis
rmalibus lib. 1. *cap.* 22. *appendice,* illu-
râvit hiſtoriâ, & icone plantulæ ex a-
uâ deſtillatâ in vitro enatæ, *à Jeremiâ*
ornario Philoſopho & Medico excellen-
, archiatro Brandenburgico Culmbacenſi,
ſi communicatâ.

ADMIRANDAM rerum reſurrectionem
edit *Petrus Borellus hiſt. & obſervat.*
riorum medicophyſ. cent. 4. *cap.* 62. pro
ito habens, ſemina rerum in ſalibus
elitеſcere, illudque confirmat ex eo,
uod ſerendo plantarum ſalia, plantæ
erum naſcantur, & in lixiviis planta-
um figuræ combuſtæ plantæ umbrati-
s ejus figura emergat: ſperat etiam, ſe
otum artificium brevi temporis inter-
allo comprehenſurum, & publicatu-
um, imò de inventi gloriâ, ne aliquis
am ſibi ſurripiat, eſt ſollicitus.

VERÙM Epicharmeιον illud in ſingu-
s habet locum: nervos atque artus eſſe
apientiæ, non temerè credere. Non

entia ſunt hæ arbores, flores, plant
omnes. Quamvis vita naturæ curioſo-
rum chimicorum ad credulitatem feſti-
nantium, quod optant, millies & ite-
rum millies verum deſiderent, nun-
quam tamen exſpectationem ſuam, ve
aliorum ſatiabunt.

Modus Paracelſicus nullius valoris
ὁ ᾗ λόγ☉ θαυμοςὸς, ὁ ᾗ λέγων ἄπις☉
Fabula auditur, non hiſtoria.

Quercetanea exempla *Riolanus* voca
præſtigias, & fallaciam per umbram au
imaginum refractionem procuratam
Billichius Theſſalo redivivo, cap. 7. ſtu-
penda & ſuſcipienda hæc exempla vi-
lipendit, unum de lixivio urticarum
conglaciato vocat ſtupidum: alterum
de cineribus plantarum ſuſpectum. In
primo experimento deſideratur judici-
um, in altero fides. Quercetani hanc
anatomiam ſignatam & pyromantiam
explodit etiam Helmontius, *pharmaco-
polium ac diſpenſatorium modernum* in-
ſcripto libro, *t.* 13. Bonus ille vir, *inquit*,
ſuam principiorum declarat inſcitiam,
ne-

esciens, quod omnis glacies incipiens, dentatas cuspides, ad figuram foi urticæ faciat. 2. Quod Archeus sit gurator rei generandæ, qui per ignem onflagretur dudum, antequam vel arbo fiat, vel cinis. 3. Si ens seminae herbarum exprimeret lixivium, non ne folia, sed radicem, caudicem, flores & fructus referret.

Beguinus & sequentes παράδοξα proponunt.

CAP. IV. *Mercurius vivus seu rgentum vivum currens, & verum, ex vegetabilibus extractum, est non ens.*

GO audaciæ processerunt nonnulli, ut actu Paracelsica principia vegetailibus inesse probaturi, non veriti fuent, id asserere. Confirmant exemplis. In Alpibus argentum vivum in arorum foliis & radicibus, ad radices erbarum, & sub fœni acervis oculari-r cernitur.

CREDULITAS nimia circumveni *Beguinum*, cum *tyrocin. chim. lib. 2. cap 13.* ſcriberet: In hâc urbe plures viro fide dignos, & præcipuæ auctoritati dignitatisque novi, qui non modò mineralibus & metallis, ſed etiam e ſanguine humano prius calcinato, & e plantis etiam ☿ vivum ad metallorun transmutationem elicuêre.

Rectè *Borellus hiſt. & obſerv. rar medicophyſ. 3. obſerv. 98.* Certùm eſt nullum educi argentum vivum ex plan tis, niſi miſtis rebus mercurialibus i operatione, ut cinnabari. Sin in foli is & propè radices ☿ currens inventus ut & ſub acervis fœni, coagulatus is eſt ex vaporibus mercurialibus ſubterranei condenſatus. Poteſt per aëra volare & iis, quæ occurrunt, ſe inſinuare Cum enſe deaurato cinctus propè ac ſtaret aurifabro, qui tum fortè malag mate ☉ & ☿ inaurabat poculum argen teum, vidit capulum enſis inaurati de albari. Primùm magicum cenſuit in cantamentum, mox veram cauſam a gnovit.

CAI

CAP. V. *Non Entia ex animalibus petita. 1. ☿ ex sangvine animalium.*

AB inunctione Mercuriali lue Venereâ infectorum, sanguinem atomis mercurii fœdari posse, verisimile quidem est, sed rarò observatum, licet à multis adnotatum. Arte chimicâ autem metallicum simile ex sanguine edutum inauditum, & nunquam facto comprobatum.

CAP. VI. *Homunculus, secretâ ratione in vitro, vel ampullâ chimicâ fabricatus, non ens est.*

P*Aracelsus alicubi*, modum, quo sine patre & matre, artis beneficio, homunculus generatur, proponit: *addunt alii*, à quo omnem scientiam universamque naturam & ejus mysteria, præsertim verò lapidis Philosophici confectionem, discere liceat.

Petrus

Petrus Borellus hist. & observ. ra
cent. 4. observ. 62. resurrectionis myste
rium à vegetabilibus extendit etiam a
animalia. In phialis, *inquit*, licitâ ne
cromantiâ, patrem, avum, atavum, to
tamque prosapiam, imò antiquos He
bræos, Romanos, & quemcunque vo
lueris, accerses, cum propriis figuris
modò eorum cineres vel ossa servave
ris. Experimentis petitis à sanguin
confirmat id destillato, in quo phantas
ma, seu idolum humanum apparuit.

Resurrectionem hanc chimicam et
iam locum habere in animalibus & in
sectis docet *centur. 4. observ. 34.* Ab a
micis expertis duobus accepi, *inquit*, s
cancros fluviatiles restituisse; cinere e
orum in loco humido, vel in vase ter
reo, cum aquâ modicâ relicto. Tun
enim intra dies XX. innumeratæ atom
animatæ visuntur, quæ si sanguine bovi
no irrorentur, in cancros paulatim
commutantur.

Probabilem hanc resurrectionem
facit pullities Ægyptiaca, à *curiosissim*

Bellonii

Bellonio lib. 2. obſerv. 32. & Danica à *ovo naturæ bibliothecario, Bartholino iſt. anat & med. cent. 6. hiſt. 11.* pro-oſita, ut & Florentina ab *ingenioſisſimo Iardio* communicata Weslingio, man-atu Serenisſimæ Majeſtatis regiæ Divi *hriſtiani IV.* & Magni Ducis Hetruriæ *erdinandi II. Medicei* adornata. Ova ɔrnacibus concreduntur & juſto ignis :gimine excluduntur pulli.

Verum artis ſphæram tranſcendunt iùs memorata miracula. Longè alia tio pullitiei, effectu ipſo ſæpius com-obatæ. Eam imitari in hominis re-æſentatione non licet. Si quis αὐτό-της posſibilitatem urgeat, is tractetur nore veteris verſiculi:

Nil ſpernat auris, nec tamē credat ſtatim.

AP. VII. *Aurum in humano rpore generari nequit. Dens fuit fictitius. Gallina aurea non ens.*

ANNO

ANNO M D.XCIII. paucis diebus an-
te ferias Paſchatis, Chriſtophor
Mullero, puero Sileſio ruſtico, molito-
ris pauperis filio, cum cecidisſent den-
tes ſeptimo ætatis anno, ultimus in in-
feriori maxillâ, verſùs ſiniſtram partem
AUREUS DENS MOLARIS eâdem confor-
matione, magnitudine, numero, & po-
ſitu, quo dentes alii, enaſcitur.

*Jacobus Horstius, Medicus Helmſtadien-
ſis*, & *M. Johannes Ingolstetterus Norim-
bergenſis, peculiaribus libellis* eundem a-
ſſeruerunt naturaliter genitum, & Ro-
mano imperio multa ſalutaria inde pro-
mittunt.

Meminit incomparabilis *Sennertus li-
bro de conſenſu c. 19. Franciſcum VVen-
lerum* Medicum Görlicenſem, ſagina-
ſe Gallinam foliorum auri *libris* iv. m-
ctatamque hanc in pectore tres line-
purè aureas habuisſe, quaſi ab artifice
liquo inductæ fuisſent.

Sed dentem fuisſe ſuppoſititium, l-
mellâ aureâ obductum, biennio elapſ-
detexit accuratior αὐτοψία ſeu χρυσοδον-

σκοπ

rnomia, & *libellus à Martino Rulando filio, Medico Ratisponense*, anno M D XCVII. in lucem editus.

Gallinæ aureæ miraculum vanum deectum à *Sennerto, lib. de consensu & diss.* cum omnibus tentatis nihil tale appareret, & *Agricolâ comm. in Poppium.*

CAP. VIII. *Mercurius metallorum perfectorum & imperfectorum est non ens.*

AMbitiosi crepant artificium hoc, sed cum ad rem ventum, pisce magis apparent muti. Præparandi arcanos suos modos non addunt, veriti censuram. i manus admoveatur propiùs, scopæ unt dissolutæ.

Libavius lib. 7. syntagm. arcan. omnim facit mentionem.

Beguinus, postquam *tyrocinii chim. lib. . cap. 13.* factitium Mercurium ex mineralibus, sanguine humano & plantis lici posse monuerat, subjungit modum undem eliciendi ex Lunâ.

Disqui-

Disquiſitio Heliana nobilioribus e
metallis ☿ eliciendi modum, ſicco ped
præterit, de imperfectis duris & moll
bus, marte ſolùm & plumbo ſollicita:

MODUS, quo per calcinationem ſic
cam i. e. pulveres, Mars in currente
☿ convertitur, hic proponitur.

℞. *limaturæ chalybis Sal armon.* ✱ *m*
nutisſimè triti ana. ℥ß.
Mercurii ſublimati, non cum ♂ *, ſe*
cum ſalibus & Vitrioli parati ℥j.

Limati chalybis nucleus primùm pona
tur in crucibulo: ſuperimponatur ✱ m
nutisſimè triti, miſti & piſti pulvis cu
ſublimato. Mox crucibulum colloce
tur in medio leniter accenſarum pru
narum, idque ſub camino, aut aëre libe
ro. Quamprimum calorem ſenſerit ſa
armoniacum, cum ſublimato incipie
ſublimari. (Cavendus autem eſt vapo
propter Mercurii venenoſitatem, ne im
prudentiùs naribus excipiatur.) Paul
poſt incipiet ſal armoniacum cum ſubl
mato fundi & fluere, quoad tria vel qua
tuor momenta peracta (viſu enim tut
perci

ercipitur ſub camino) ſtatim crucibu-
um auferatur,& ſponte refrigeſcat. Po-
tea ſuper patella diffractum monſtrabit
halybis limaturam magnâ ex parte ſui
1 argentum vivum abiisſe. Hac patel-
à vel vitro exceptum per linteum exi-
atur, unde percipietur limpidisſimum,
ita vivacis naturæ; ut in plano decur-
ens quaſi ſubſiliat: adeò igneæ naturæ
ſt Mars ſive chalybs. Quin nec in
aſe ligneô, ne ſeorſim evolet, penè ulla
bſervandi ratione conſervari poteſt,
ed in ſolo vitro firmiter obſignato. Eſt
amen verum & naturale hydrargyron,
mni proprietate hydrargyri conſtans.

MODUS, quo per calcinationem hu-
nidam, i. e. vas & ſolutiones metalla
nollia posſint converti in currentem ☿,
ic eſt:

℞. *plumbi limati, raſi vel ſcalpro de-*
triti, vel fuſi inter duas patellas li-
gneas, & minutim pulveriſati; qua-
lis eſt arena plumbea ferè clepſydra-
rum q. v.

olvatur in ſua principia ſequente aqua:

℞. *aq. fortis purificatæ* ℥ji.

Disſolve in ea ☿ *vivi communis* ℥j. in ar
pullâ probè obſtipatâ, levi carbonum igne ſu
poſito, donec in aquam limpidam abierit. P
ſteà remove à calore ignis, & aperto ore ſe
ſim injice

plumbi raſilis vel pulveriſati ℥j.

Effervefcit enim aqua ſponte, & tumultuatu
ſi ſimul omnia aut nimis ingeras. Iterum o
tura orificium vitri, & aliquantiſper disſolve
ſine aquam: mox videbis vulgare argentu
vivum, quod priùs erat in aquâ disſolutum, ſu
ſidere inſtar calcis & pulveris albi: plumbi v
rò ramenta oculis ſpectantibus, ſi agitentur, r
ſolvi ſenſim in argentum vivum currens, ad
ut duæ, & quandoque tres partes unciæ ex plun
bo ſint futuræ argentum vivum, quarta pa
circiter (ſi ritè omnia peracta fuerint) ſcor
& fex ſulphuris plumbi ſuperſtes. His per
ctis effunde

aquam fortem

in aliud vas vitreum. Reliqvum

argenti vivi, ex plumbo facti,

exime, & trajice per corium vel linteum cu
chordâ (ut moris eſt) compresſum & conſtr
ctum, & videbis, quantum ex plumbo elicuer
mercurii vivi, & quantum reſtet fecis terreæ
ſulphureæ.

Calce

Calcem quoque albam ex disſolutione argenti vivi primò in aquam impoſiti ſubſidentem collige, quæ vel ulteriùs præcipitari poterit in pulverem rubeum per

aquam fortem,

vel revificari in priſtinum argenti vivi pondus per ſublimationem & decoctionem, chalybis fruſto impoſito aquæ communi, ut rerum chimicarum peritis notum eſt.

Ita ad oculum evidenter apparebit, quomodo plumbum in argentum vivum redeat, ex quo erat ab initio creatum, pondere etiam reſiduæ calcis teſtante, quantum plumbi in hydrargyrum abierit, quod à communi nihil diſcrepat, niſi quod ſit lividius paulò & ſegnius, prout cujusque metalli natura peculiaris poſtulat: ſicut contrà id, quod ex ferro fit, omnium vivacisſimum & agillimum eſt.

Verum Libaviana, Beguinæa, & hæc exempla οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Non confunduntur transmutationum adverſarii, ut putabat *Libavius lib.* . *cap.* 16. autoritate *Hollerii*, cum *in inſtit. chirurgicis libro & cap.* 3. quatuor Mercurii generibus addit quintum ex plumbo. Non his etiam hic eſt.

CAP. IX. *Mercurius Antimonii eſt non ens.*

L2 Modos

MOdos ex Antimonio conficiendi Mercuri um currentem, plures proponunt, *Libaviu syntagm. arcan. chim. lib. 7. cap. 17 Schroderus pharmac. med. chim. lib. 3. cap 17. Joh. Rhenanus ☉ è puteo emergente, cla vi & manuductione in libros Paracelsi p. 18* descriptionem singularem proponit, addit au tem eidem Oleum ☿rii. Nonnemo hunc pro cessum magni æstimabat:

℞. Cinabaris ♁*ii, Tartari crudi* ana, part ij. *limaturæ* ♂. part. iij.
destilla per retortam. Emergit inde ☿ curren

Nonnulli Mercurium ♁ii adserturi monstrar Regulum, calcinatione Antimonii, Nitri & Tar tari, qui emergit.

Veritati litat censura *Angeli Salæ Anatom Antimon. part. 1. c. 5.* Si omnibus modis vi vi argenti vel tantillam guttulam ex Antimon elicueris, quem illi ipse non permiscueris, osten de mihi reipsâ opus tuum, experientiâque con firma effectum conatus tui, & tunc demun ostendam tibi fidem ac credulitatem meam. Si secus, non possum accommodare aures me talibus contemplationibus (quas ars ipsa de monstrat esse vanas & ridiculas) tanquam ed tum esset aliquod, cui adsentiri aut acquiescer debeamus. In primo processu in oleo Merc rius mortificatus revivisit, & non sine crimin

Ant

ntimon. adſcribitur. In altero proceſsu à
on nemine magni æſtimato, occurrit elenchus
on obſcurus. Mercurius,qui elicitur, eſt cin-
abaris, qui non ſolùm ex hâc, ſed etiam ex
lterâ cum ☿ & Sulphure paratâ elicitur, additi-
ne ſcoriarum ferri per retortam ignis regimi-
i expoſitam. In tertio proceſsu non evinci-
ur τὸ ζητούμενον. Regulus eſt ipſa Antimon. &
erri ſubſtantia, quæ in Mercurium curren-
em nullâ artis operâ, ſine mangonio fallaci
onverti poteſt.

CAP. X. *Sal metallorum eſt non ens.*

DAri genuinum metallorum Sal, multi ſolli-
citè & anxiè affirmant, de principiorum
chimicorum actuali inexiſtentiâ actum ra-
i, niſi culter chimicus hîc ſolertiam ſuam exerce-
e noſſet. Sed quotusquisque genuinum pa-
andi modum adſequitur? Pronunciatum τοῦ ἰδέ-
ς, ESSE NON ENS, tamdiù vacuâ dominatur in
ulâ, quamdiu non analogum quid, ſed ſince-
um oſtendetur. *Videatur lib. 1.cap.19. p.56.*

CAP. XI. *Sulphur metallorum eſt non ens.*

GRandis dica hoc titulo ſcribitur illis, qui
Sulphuris realem inexiſtentiam in metallis

ipsâ probatum eunt resolutione,& artificiali cen trali extra versione in circumferentiam.

In omnibus metallis se Sulphur deprehendis se, ☉ excepto, tradit *Cornelius Martini.*

Alii facilem in singulis hanc censent opera tionem. Fulvum in docimastico lapide, affri ctu ungaricorum ducatorum in lineolâ, & ru bellum à triturâ cum saccharo cantho, nigrun etiam,qui ab affrictu digitorum ad thaleros Phi lippinos Dickethaler / apparet, colorem vocan Sulphuris progeniem. Idem judicium ferun de reliquis.

Libavius arcanorum naturæ scientisfimus nostri seculi Ismael, cujus manus contra omne ferè, & omnium manus contrà illum, multa e: hypothesi,plura ex luxuriante fertilis ingenii se gete, non omnia ex domestico tradens expe rimento, in modis Mercurii ex metallis elici endi *lib. 7. syntagm. arcan. chim.* proponen dis, liberalisfimus est, at de Sulphure eorunden non nisi per transennam agit, *eodem libro*, hin & inde sine certo ordine, veritus fortè, ne in currat censuram. Inconsideratè etiam de e loquitur, cum *capite 11.* quod aceto stillatiti extrahitur ex Plumbo,vocat Sulphur dulce.

In κεραυνοχρύσῳ sclopetans vis adscribitur à non nullis Sulphuri ☉lis.

E ♀ qui extrà vertitur colorum ☉ & ☽ æmu lorum

orum inexstinguibilium, salium centralium i-
neorum & oleorum volatilium opera utrin-
que prolectorum lusus censetur Sulphur cupri.
Sed liberum de his cuilibet judicium.

CAP. XII. *Non ens est medicina universalis. Panacearum variarum vana est ostentatio.*

ANtiquitus notam eam fuisse multi nullatenus dubitant. Nec destituuntur exemplis. Neque hoc seculo potentiam divinæ manus contractiorem putant, & iniquiorem vetusto, cum beneficiis majoribus fecem mundi beaverit, quam florem. Sed quid de eâ & panaceis aliis sentiendum, exponit *libri 1. cap. 9.*

CAP. XIII. *Non ens in transmutatione metallorum est conversio imperfectorum metallorum in ☉ aut ☽.*

TRia in metallis imperfectis considerari possunt: φύσις, ἐπιτηδειότης, καὶ ὁρμή. Hæc patroni harum transmutationum in imperfectis metallis agnoscunt, ad nobiliorem formam ☉ & ☽ suscipiendam. Ad aurum & Lunam tendunt singula hæc auri rudimenta, ceu finem, perfectionem & beatitudinem suam. Aurum ulti-

ultimus est eorum conatus, *inquiunt*, ut matu-
ritas in uvis nondum consummatis.

Possibilem itaque sibi imaginantur χρυσοποΐιαν
cùm naturam habeant non solùm inclinantem
sed etiam cooperantem, imò urgentem, præci-
puè ♀ris & ☿ii.

Nota est sententia *Gebri Arabis*, ♀ esse me-
dium inter ☉ & ☽. Facilis ergò erit in utrum-
que conversio. ☿ est Protheus, in omnes qu
se mutare potest formas.

Metalla perfecta quidem sunt, *inquiunt*, rati-
one *speciei*, & *formæ*: quodlibet propriam, pe
quam ab aliâ differt, & à quâ nomen habet
possidet formam; sed *mistionis* ratione imper-
fectionem obtinent gradualem, ulteriùs dum co-
qvuntur & arte depurantur, ad maturitatem de-
duci, sicque quam natura non præstitit perfe-
ctionem, artis opera acquirere queunt. Perfe-
ctum in se potest habere potentiam, cujus vi a
nobilius adspirat.

De MODO, quo ☉ per artem fiat, non sun
unanimes.

Nonnulli novam quasi promittunt auri gene-
rationem, non per artem solam, sed per medi
naturalia aliunde ex naturæ operibus mutuata
Hæc ad suum institutum idonea faciunt, cæter
ex analogiâ instituunt, ut respondeant vasa arti
& adjuvantia, vasis, adjuvantibusque naturæ

Ho

Hoc abſoluto aurum fit, non vi artis, ſed naturæ adjutæ, & in opus exſiccatæ. Aurum hoc modo paratum naturale univocè appellant. Artificialis appellatio, *inquit Libavius, chryſopoëiæ propugnator acerrimus, notis in Gaſtonis Clavei Apologiam*, ex accidente eſt & æquivoco; nec magis iſtud aurum artificiale eſt, quàm hordeum ex ſatu ſeminis, colente terram ruſtico, ſemenque ei committente natum, aut pullus ope clibanorum ex ovo excluſus &c. *Alii* non verum eſſe aurum, ajunt: nam ars non eſſentialem, ſed realem formam inducit. Aurum autem eſt aurum per formam eſſentialem, quæ eſt ſubſtantia.

Alii clarius, non eſſe propriè transmutationem, & generationem primi, ſed ſecundi modi ſolùm, ſeu ſecretionem docent. Nam omnibus metallis ineſt aurum, plus quidem in aurichalco, vel ære, minùs in plumbo, aut ferro. Ars ex inſenſibili facit ſenſibile, ad ſenſum & apparentem ſubſtantiam. Dico, *inquit Rhenanus ☉ è puteo emerg. lib. 2.* nullam eſſe metallorum transmutationem omninò, ſed mutationem tantummodò & ablationem accidentium, cum perfectionis infuſione. Metalla enim ſolo gradu perfectionis ac puritatis, non ſpecie differunt. Nam ſi ſpecie differrent, eorum in ☉ perfectio planè eſſet impoſſibilis. Addunt tamen,

men, ſine ſpe lucri hic laborare, quia ſumtus exce
dit quæſtum: deinde etiam non eſſe verum au-
rum, ars enim non eſſentialem, ſed accidenta-
lem formam inducit. Aurum autem eſt aurum
per formam eſſentialem, quæ eſt ſubſtantia.

Non longè à primo generationis modo ab
ſunt, qui μεταβολὴν & μεταμόρφωσιν, mutationem
transmutationem, ita inſtituunt: Tincturam in
formâ pulveris vel liquoris, projiciunt ſupra ☽
♂. ♀. ♃. ♄. ☿. Statim tinguntur in aurum, per ab
jectionem formæ veteris, & novæ adſumptio
nem.

Quidam eò etiam deveniunt, ut tincturis ſui
vim multiplicandi adſcribant ultrà menſuram
nempe ut ℥j. projectionis habeat efficaciam a
liquot unciarum, easq; tingere poſſit, ſi cuiquam
metallo adhibeatur.

Alii factitio ſuo auro plus tribuunt, eoque
magis delectantur, quàm nativo, imitati vulgu
tempore Parmenonis. Hic, *autore Plutarch
in ſympoſio, decade 5. problem. 2.* erat ex ho
minum eorum genere, qui varias animantium
& hominum voces ita ſcitè imitari norunt, a
repræſentare, ut audientibus veræ, non imi
tatæ voces videantur. Cum aliquando i
theatro publico, magno populi applauſu, ſui
grunnitum expresſisſet, alter ſub palliolo por
cellum occultavit, qui naturalem grunnitum
ed

ederet, ſperans fore, ut maiori applauſu vox naturalis, quàm artificialis exciperetur. Sed ſpe ſua excidit. Omnes acclamarunt: Εὖ πάντα· ἀλλ' οὐδὲν πρὸς τὴν Παρμένοντος ὗν. *Benè omnia! ſed nihil ad Parmenonis ſuem.*

EXEMPLA transmutationum, & ſpecimina non deſunt. Οὐκ ἀπίθανος ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολὴ τῆς ὕλης, *inquit Æneæ Gazæi Theophraſtus,* ἐπεὶ καὶ παρ' ἡμῖν οἱ περὶ τὴν ὕλην σοφοὶ ἄργυρον καὶ κασσίτερον παραλαβόντες καὶ τὸ εἶδος ἀφανίσαντες, ἐπὶ τὸ σεμνότερον μεταβάλλοντες τὴν ὕλην, χρυσὸν κάλλιστον ἐποίησαν. *Non materiæ in melius translatio fide indigna: ſic namque apud nos quoque materiarii, talium periti, argentum ſtannumque accipientes, ſpeciem priorem delent, in excellentiorem rem tranſigunt, aurum efficiunt pulcherrimum.*

Turnheiſerus perhibetur, præſente Magno Hetruriæ Duce, Coſmo Medicæo, clavum ferreum intinxisſe mediâ parte in tincturam ſuam, illamque extemplò factam aurum ſolidum. Miraculoſa hæc transmutatio vel etiamnum hodiè peregrinantibus exteris deprædicatur.

Pharmacopola Tarviſinus, *autore Cardano de ſubtilitate libro 6. inſcripto de metallis,* χρυσοποιΐας famam, *multorum judicio,* habet illibatam. *Ajunt* eum coràm principe & ſapientibus reipublicæ Venetæ argentum vivum commutasſe in aurum. Ponitur catinus: injicitur ☿:

☿: ſubmittitur calefacto pulvis chimicus, non ſuo marte, ſed aliunde acceptus à Gallo quodam. Evadit metallum, ex quo annuli ſunt fabrefacti ope aurifabrorum, cujus miraculi quædam adhuc veſtigia. *Libavius lib.* 2. *contrà transmutationem metallorum apolog.* *χρυσοποιΐας* propugnator acerrimus, veram hiſtoriam de pharmacopolâ cenſet, & contradicentes explodit. Riolani & Guiberti Lotharingi etiam contra transmutationem metallorum allata argumenta *alibi* operoſè refutat.

Jam autem æternum eſt SAPIENTIS RATIONIS judicium: artificibus in ſuâ arte, aliquid providè enunciantibus, & principia ex ipſa natura proferentibus, ſuaque experimenta ponentibus, credendum eſſe, & non ideò ſtatim negandum, quod uni vel alteri videatur res impoſſibilis, aut quomodocunque agenti eventus non reſpondeat, cum innumera queant intervenire, quæ actum impediant exercitati.

Poſſibilis per naturam licet cenſeatur chryſopœia, difficillima tamen eſt. Metalla ſunt ſpecies perfectæ, quæ jam conſtiterunt, nec amplius, *ut quidam loqui amant*, ſunt in motu ad nobiliorem formam: quemadmodum chylus inclinat ad ſanguinis formam recipiendam, ovum ad pulli. Mineræ ☽. ♂. ♀. Stann. Plumb. ☿. cum ſemel hanc formam receperunt, licet centum annis in mineris nobilioribus lateant, nunquam aſcendent ad ⊙lis ſphæram, & in aurum convertentur, etiamſi ſucci minerales Solares affluxerint. Miſta manebit minera illa & compoſita. An jam ars manum adhibere, & viam monſtrare valeat, viderint, quibus contemplatio animi cibus.

Magna de modo diſſenſio oſtendit multam hujus operis difficultatem. Qui minimum hac de re intelligunt, verboſiſſimos, pluribusque rationibus inſtructiſſimos

ſe exhi-

se exhibere solent in exedris, in privatis colloquiis, in compitis, imo nullibi non: & alii quidem ut videantur, alii ut ægrè faciant aliis, alii ut emungant loculos.

Gazæana transmutatio nititur relatione aliorum. Suspecta planè est ἡ τῶν φυτῶν μεταβολὴ, ἣν μὲν ᾄδουσι τῶν γεωργῶν οἱ παῖδες, *plantarum commutatio*, quam mox subjungit; *puerisque agricolarum* adeò notam esse scribit, ut *cantilenis eam suis* confirment. Ut hæc, ita & illa, fidem non merentur. Videatur *lib. 1. c.* 16.

SPECIMINA recentiora reliqua nullo firmo nituntur pede. *Turnheuseri* transfiguratio & substantialis mutatio eodem pondere, nullis abjectis impuritatibus, extemporanea, est fabulosa. Fucus ostenditur peregrinantibus, novarum rerum avidis, in rarithecio Florentino, & fumus venditur imperitis. Mirabile fatum est pharmacopolæ Tarvisini. Autor fabulæ, *Cardanus* ipse, dubitat, imo contradicit. Sed quomodocunque id contigerit, *hæc sunt ejus verba*, certum est, argentum vivum non posse in aurum, multo minus in argentum mutari. *Fallopius* fucum seplasiarii Tarvisini agnovit. Fraudem subfuisse innuit *Scalig. exercit.* 106. *Libavii* patrocinium & causæ merita parvi æstimantur. Mirum est, hunc hyperaspistem tanto favore addictum fuisse deceptoribus illis.

Nostro sæculo qui artem auriferam crepant, imperitisque eam se tenere persvadere conantur, omnes sunt fumivenduli, lucripetæ, quorum animus vanæ gloriationis & nummorum cupido obsedit. *Io. Gerh. Vossius* meminit tantum deceptorum *lib. de Philosoph. cap.* 15. Historias collegit *Borellus cent.* 5. *observ.* 21. Eorum aliqui in carbone, quo crucibulum texerant, aliqui in ☿rio, aliqui in aqua forti, aliqui in baculo, quo fusam materiam movebant, alii ad latera crucibuli, alii in fundo ☉lem absconderant.

Caveat sibi ab hac opum deprædatrice arte, cui salus sua cordi. Qui alicui male vult, eum autem aperto marte

te aggredi non audet, ſaltem autor ipſi ſit, ut huic ſtudio ſe tradat. Hoc *Bernhardi Penoti,* quem periculi plena hæc ſtudia redegerunt ad incitas, judicium *lib.* 1. *cap* 1. cuilibet ſit in oculis. Tanto minùs chimiater chryſopœiam cordi habeat, quo minùs ad eum pertinet, utpote quæ finem habet divitias, autore *Voſſio libro de philoſophia cap.* 15. *paragr.* 16. *Libavius,* dum *triumpho c.* 14. chimiatriæ partem eſſe defendit, quatenus ex illo auro medicamenta præparantur, nimis eſt liberalis.

CAP. XIV. *Non ens in transmutatione metallorum eſt converſio imperfectorum metallorum in alia imperfecta, ut ♂ in ♀.*

CUm chryſopœias patroni, ut *Gaſto Claveus apolog. Gerh. Ioh. Voſſius l. de philoſoph. c.* 15. *& alii,* ceu fundamento utantur converſione ferri in cuprum, eamque ceu certam præſupponant, hæc præcipue ventilanda.

Propenſio magna eſt ♂ in ♀, & arcta amicitia. Eam adumbrant Poëtæ, cum illicitos utriuſque concubitus meditantur. Oſtendunt eo ipſo, ♂ cum ♀ libenter nuptiales inire ſocietates, & Martis bellicoſi magnanimitatem venuſtati Veneris cedere, Veneris blandimentis Martis auſteritatem longè ſuperantibus. Inde Chimici quidam parilem in ♀ & ♂ amicitiam imaginatione concipientes, ſtatuunt, ea ſe naturali inclinatione amplecti, & ferrum mediante Vitriolo, facili negocio, in æs tranſire, indiſſolubilique nexu amoris, ac affinitatis vinculo colligari, combinari, nullo unquam disſidio ſeparanda.

Confirmant id *autores* gravisſimi, *Agricola, libris de natura eorum, quæ ex terra effluunt, & 9. de natura foſſilium, nominato Smolnicio. Georgius Wernerus regius conſiliarius, & apud Saros præfectus, de admirandis Ungariæ aquis. Ioh.*

Ioh. Baptista Porta lib. 5. magiæ cap. 4. Libavius variis in locis. Imprimis autem *Lazarus Erckerus* præfectus metallorum imperatorius *in docimastico* vom probiren / *lib.* 3. ad Imperatorem Maximilianum II. *germanico idiomate edito* hanc ferri in cuprum mutationẽ adſerit. Sciat, *inquit*, me diu in ea fuiſſe ſententia, quoniam ferrum in aquis æroſis, veluti ex chalcantho, viridi Tartarô ſæpius uſurpato; & ſimilibus æs præcipitat & deſcendere facit, quod tantum cuprum in ejusmodi aquis dejiciatur, non autem FERRUM IN CUPRUM TRANSMUTETUR. Verùm obſervavi, & expertus interim ſum, quod in montibus atramentoſis in eadem fodina retinacula ſcalarum, & clavi, aliaque ferramenta diuturno tempore ita ſint penetrata, ut penitus in verum purumque cuprum abierint. Idcirco cogor tandem inde concludere, quod ex ferro fiat cuprum. Transmutationem eandem confirmat *Glauberus miraculi mundi parte 2. p.* 36. uſus Lazari Erckeri verbis.

RATIONES hæ ſunt.

I. NATURALES aquæ ♂ in ♀ transmutant. 1. In Ungaria fons eſt Vitriolo multo abundans, & ex eo promanans torrens vitriolatus, qui quodvis ferrum in cupream calcem convertit. Hæc calx extremo ignis gradu, follibus ſuſcitato, in optimum & laudatiſſimum cuprum liquatur. 2. Fons quidam Transſylvaniæ, juxta Carpathum montẽ, prope urbem Schmolnicium, Vitrioli ferax. In hunc ruſtici ferrum demergunt, extrahunt cuprum, non amplius in ferrum reducibile.

II. ARTIS experimentis idem probant. Ferro in aquam vitriolatam conjecto, illud rubeſcit, imo plane nonnunquam pulvis rubeus adhæreſcit, qui collectus & igne fuſus cuprum evadit. Culter ſive clavus ferreus atramento vulgari ex Vitriolo, & gallis parato, per ♂ ♇ unam aut alteram impoſitus, rufeſcit plane, & ♀ æmulatur colore cupreo.

Verum

Verum enim vero res aliter habet. Non eſt vera, ſed apparens ſolùm transmutatio.

Talem adſerit *Nicolaus Guibertus Lotharingus in expugnatione alchim. transmutat.* 1. miſtionem agnoſcens, & temperaturam ♂ & ♀ ſatis exactam, quæ dederit mendacio locum, non vero formæ mutationem. 2. Qùin illud æs hoc modo conflatum non perſiſtit, ſed in priſtinam ferri formam, detractâ æris ſeu cupri larvâ, utpote fallaci tinctura infectum, relabitur, ſi ad examen revocetur. 3. Conjunctio eſt quædam ſolùm, ob cognationem & ſimilitudinem naturarum, non transmutatio. 4. Conjunctio illa eô fit modo, quô ☽ in aqv. fort. ſoluta, ſe conjungit æris laminis aquæ ſimplici impoſitis. Non disſimili ratione ferrum aquis atramentoſis; quæ multum æris continent, merſum, æs in dictas aquas liquatum & confuſum congregat, & ad ſe rapit. *Commiſtio* quædam hîc occurrit ſeu *κρᾶμα*, non *μεταβολὴ*, *transmutatio*. 5. Si contingat aliquid evenire tale, ſeparatio ex commiſto eſt, neutiquam transmutatio.

Ὁ πάνυ *Sennertus*, licet ante, *libro* nempe *de conſenſu & diſſenſu cap.* 2. primæ ſententiæ adhæſerit, *παλινῳδίαν* tamen *in paralipomenis pag.* 188. canit, & ferrum in æs non mutari, ſed æs ex Vitriolatis aquis ſaltem beneficio ferri ſeparari, ferroque ſic adhærere, probabile cenſet.

Idem ſentit *Borellus centur.* 3. *obſervat.* 75.

FINIS.

